

CARMELITAS DESCALZOS

Missae propriae sanctorum
et aliarum festivitatum ordi-
nis carmelitarum discalcea-
torum. — * Matriti: Ex typo-
graphia Sanctae Cruciatæ

& Divini Officii, 1682

MISSÆ PROPRIÆ
SANCTORVM,
ET ALIARVM FESTIVI-
TATVM ORDINIS CARMELITARVM
DISCALCEATORVM,

A SACRA RITVVM CONGRE-
GATIONE RECOGNITÆ,
ET APPROBATÆ



MATRIZI.
EX TYPOGRAPHIA SANCTÆ CRVCIATÆ
& Divini Officij.

ANNO M. DC. LXXXVII.

KALENDARIUM

FESTORUM

ORDINIS CARMELITARVM

XIII. Gloriosissimi Nominis Iesu, & commemoratio S. Felicis Presbyt. & Mart. in Misis priuatis.	1.
XIX. S. Dionysij Papæ & Confessoris, Or- dinis nostri, & commemora- tio Ss. Marij, Martha, Auditacis & Abachum martyru.	3.
XXII. S. Anastasij martyris, Ordinis no- stri,	5.
S. Vincentij mart. transfertur.	7.
XXIX. S. Petri Thomæ Episcopi & mar- tyris, Ordinis nostri,	8.
XXX. S. Paphnutij Papæ & martyris Ordinis nostri,	9.
II. Purificatio beate Mariæ Virginis,	11.
III. De Octaua Purificationis, commemoratio S. Blasij Episc. & mar- tyr.	11.
III. De Octaua Purificat.	11.
V. S. Agathe Virg. & mart. & commemoratio Octauæ.	11.
VI. S. Andrea Felulani Episc. & Confes- soris Ordinis nostri, & commemor. Octauæ, & S. Dorothea Virgin. & mar- tyr.	11.
VII. S. Romualdi Abbat. & com- memoratio Octauæ.	13.
IX. Octaua Purificationis beate Mariæ Virginis, & commemoratio S. Apo- lonie Virginis & martyris.	13.
XI. S. Euphrosinæ Virgin. Ordinis nostri,	13.
XIII. S. Cyrilli Episc. Alexandrini Confes- & Doctor.	13.
XXV. S. Auertani Confessoris, Ordinis nostri,	17.

VI. S. Cyrilli Confessoris, & Doctoris, Ordinis nostri,	18.
XIII. S. Euphrasie Virginis, Ordinis no- stri,	19.
XVIII. S. Gabrielis Archang.	21.
XIX. S. Ioseph Confes. Patroni Congre- gationis nostræ,	23.
XX. S. Ioachim Confessoris, & Patris bea- tæ Mariæ Virginis,	23.
XXIX. S. Bertholdi Confessoris, Ordinis nostri,	23.
VIII. S. Alberti Patriarchæ Ierosolymita- ni,	24.
Prima Feria sexta post Octauam Paschæ nõ impedita Festo ix. Lctionum in proprio loco. Festum Coronæ Domini,	26.
Dominica 3. post Pascha. Festum S. Ioseph Confessoris, Protectoris, & Patroni Or- dinis nostri, & com- memoratio Dominicæ.	27.
V. S. Angeli martyris, Ordinis nostri,	28.
VI. S. Ioannis Ante Portam Latinam, & commemoratio Octauæ.	30.
VII. S. Stanislai Episc. & martyr. & commemoratio Octauæ.	30.
VIII. S. Michaelis Archangeli, & commemoratio Octauæ.	30.
IX. S. Gregorij Nazianc. Episc. & Confes- & commemoratio Octauæ.	30.
X. De Octaua S. Angeli, & comm. Ss. Gordiani & Epimachi mart.	30.
XII. Octaua S. Angeli mart.	30.
XVI. S. Simonis Confes. Ordinis nostri, & commemoratio Octauæ in Misis priuat. commem. S. Vbaldi Episc. & Conf.	30.

XVIII. S. Venantij martyris & commemor. Octauæ. 32.
 XIX. S. Petri Cælestini Pap. & Confes. 32.
 XX. S. Bernardini Senens. Confes. & commemor. Octau. 32.
 XXIII. Oct. S. Simonis Confes. 32.
 XXV. S. Mariæ Magdal. de Paz. Virgin. Ordinis nostri, & commemor. S. Urbani Pap. & martyris. 32.
 XXIII. S. Elifæi Proph. Patr. nostri, 34.
 XV. S. Basilij Episc. & Confes. cum commemor. Octau. & Ss. Viti, Modestij, & Crescentiæ martyr. 36.
 XVIII. De Octau. & commemor. Ss. Marci, & Marcelliani martyrum. 36.
 XIX. De Octaua, & commemor. Ss. Gerasij, & Protasij martyr. 36.
 XX. De Octaua, & commemorat. S. Siluerij Pap. & martyr. 36.
 XXI. Octaua S. Elifæi, 37.
 II. Visitatio B.M.V. & commemor. Ss. Processi, & Martiniani martyr. in Misis priuaris. 37.
 III. De Octau. Ss. Petri, & Pauli, & commemor. Octau. Visitationis. 37.
 IIII. De Octau. Ss. Petri, & Pauli, & commemor. Octau. Visitationis. 37.
 V. De Octau. Ss. Petri, & Pauli, & commemor. Octau. Visitationis. 37.
 VI. Octaua Ss. Petri, & Pauli, & commemor. Octaua Visitationis. 37.
 VIII. Sanctæ Elisabeth Viduæ, & commemor. Oct. Visitationis. 37.
 IX. Octaua Visitationis, 37.
 XVI. Commemoratio solemn. B.M.V. de Monte Carmelo, 38.
 XVII. Triumphus S. Crucis, etiam in Dñca, & commemor. Octau. B. Mariæ, & S. Alexij Confes. nisi die sequenti celebretur de eo. 39.
 XVIII. S. Alexij Confes. & commemor. Octau. B. Virg. & Ss. Symphorosæ & Filiorum mart. Si dies 17. fuerit Dñcæ, non transfertur festum S. Alexij, sed fit commemorat. 39.

XX. S. Elie Propheta, & Patris nostri, 40.
 XXI. De Oct. B.M.V. commemor. Oct. S. P.N. Elie, & S. Praxedis. 41.
 XXII. S. Mariæ Magdalena, & commemor. vtriusque Octauæ. 42.
 XXIII. Octaua Commem. B. M. V. commemor. Oct. S. P. N. Elie. 42.
 XXIII. S. Apollinaris Episc. & mart. quibus sit Dominica, commemor. Oct. S. P. Elie, & Vigiliæ S. Iacobi, & S. Christinæ Virg. & mart. 42.
 XXV. S. Iacobi Apost. Hispan. Patroni, & S. Iacobi line commemor. aliqua. 42.
 XXVI. S. Annæ Matris B.M.V. commemor. Oct. S. Iacobi, & S. P. Elie. 42.
 XXVII. Oct. S. P. N. Elie, commemor. Oct. S. Iacobi, & S. Pantaleonis mart. 42.

AVGVSTVS

VII. S. Alberti Confes. Ordinis nostri, & commemor. S. Donati Episc. & mart. 43.
 VIII. Ss. Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. commemor. Octaua S. Alberti. 44.
 IX. Vigilia S. Laurentij mart. commemor. Oct. S. Alberti, & S. Romani mart. 45.
 X. S. Laurentij mart. 45.
 XI. De Oct. S. Laurentij, commemor. Oct. S. Alberti, & Ss. Tiburtij, & Susan. M. 45.
 XII. S. Clare Virg. & commemor. Octauarum S. Laurent. & S. Alberti. 45.
 XIII. De Oct. S. Laurent. comm. Oct. S. Alberti, & Ss. Hyppol. & Casiani M. 45.
 XIII. Octaua S. Alberti, & commemor. Oct. S. Laurentij, Vigiliæ Assumptionis, & S. Eusebij Confes. 45.
 XXXI. Dedicatio Ecclesiarum Ordinis nostri, 45.

SEPTEMBER

I. De Octau. Dedicat. commemor. S. Ægidij Abbat. & Ss. Duodecim Fratrum. mart. 45.
 II. S. Brocardi Conf. Ordinis nostri, & commemor. Oct. Dedicacionis. 45.
 VII. Octaua Dedicacionis, & Dominica Infra octaua Natiuit. B.V.M. Festo Ss. Nominis eiusdem B. Mariæ Virginis, 47.
 XXIII. S. Gerardi Episc. & mart. Ordinis nostri, 49.
 XXIX. Dedicatio S. Michaelis Archangeli, 51.

KALENDARIVM

XXX. S. Hieronymi Presbyt. & Confes. & Eccles. Doctor. duplex commemor. Octau. S. Michaelis. 51.

OCTOBER.

- I.** S. Remigij Episc. & Confes. semidup. ad libit. commemor. Oct. S. Michaelis. Si occurrat in Dominica, Missa de ea, & commemor. Oct. & S. Remigij, quia non transfertur. Vbi celebretur Missa Rosarij B. Mariæ, commemor. Domin. Oct. S. Michaelis, & S. Remigij. 51.
- II.** Ss. Angelorum Custod. duplex commemor. Oct. S. Michaelis. Si celebretur altero mēse de Ss. Angelis Custod. Missa huius diei, de Octau. S. Michaelis. 51.
- III.** S. Francisci Confes. dupl. commemor. Octau. S. Michaelis. 51.
- V.** De Octau. S. Michaelis, commemorat. Ss. Placidi, & Sociorum martyr. 51.
- VI.** Octaua S. Michaelis, duplex. 51.
- XV.** S. Teresæ Virg. & Matris nostræ, duplex & Clavis, cum Octau. 52.
- XVIII.** S. Lucæ Euangel. duplex & Clavis, sine commemor. Octau. 54.
- XIX.** S. Petri de Alcantara Confes. semidup. commemor. Oct. S. M. N. Teresæ. 54.
- XXI.** S. Hilarionis Abbat. Ordin. nostri, duplex commemor. Oct. S. M. Teresæ, & Ss. Ursule & Sociarum V. & mart. Si in aliquo Conuentu adseruatur reliquia insignis istarum Ss. Virg. fiat de illis alio die, & hodie non fiat commemor. 54.
- XXII.** Oct. S. Teresæ M. N. duplex. 56.
- XXX.** S. Serapionis Episc. & Confes. Ordin. nostri, duplex. 56.

NOVEMBER.

- XIII.** Ss. Omnium Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo, duplex & Clavis. 57.
- XXI.** Præsentatio B. M. V. duplex & Clavis, cum Octau. 59.
- XXII.** S. Cæcilie Virg. & mart. duplex, commemor. Oct. Præsentationis. 59.
- XXIII.** S. Clementis Pap. & mart. semidup. commemor. Oct. & S. Felicitatis M. 59.
- XXIII.** De Oct. Præsentationis, commemor. S. Chrylogoni mart. 59.
- XXV.** S. Catharinæ Virg. & mart. duplex, commemor. Oct. Præsentationis. 59.

XXVI. De Oct. Præsentationis, commemor. S. Petri Alexandrini Episc. & mart. 59.

XXVIII. Oct. Præsent. B. M. V. duplex. 59.

DECEMBER.

- VIII.** Conceptio B. M. V. duplex & Clavis, cum Octau. In Ordine nostro, celebratur hæc festiuitas etiam si in Dominica venerit. 59.
- IX.** S. Leocadiæ Virg. & mart. duplex, commemor. Octau. Conceptionis, & Feriæ. Vbi non celebratur de S. Leocadia, dicatur Missa de Octau. 60.
- X.** De Oct. Conceptionis, comem. Feriæ, & S. Melchiadis Pap. & mart. 60.
- XI.** S. Damasi Pap. & Confes. semiduplex, commemor. Octau. & Feriæ. 60.
- XIII.** S. Lucie Virg. & mart. duplex, commemor. Octau. & Feriæ. 60.
- XIII.** B. Ioan. à Cruce Confes. & P. N. duplex & Clavis, comm. Feriæ, tantum. 60.
- XV.** Octau. Conceptionis B. M. V. duplex, commemor. Feriæ, & S. Eusebij Episc. & mart. 61.
- XVI.** S. Spiridionis Episc. & Confes. Ordin. nostri, duplex, commemor. Feriæ. 61.
- XVII.** B. Franci Confes. Ordinis nostri, duplex, commemor. Feriæ. 63.
- In commemoratione B. M. V. & Missa Vocata in Sabbato. 64.
- Orationes de Spiritu sancto. 64.
- Orationes de Beata Maria. 65.
- Orationes contra persecutores Eccles. 65.
- Orationes pro Papa. 65.
- Orationes de Sancto Ioseph. 66.
- Peroratio & Famulos. 66.
- Orationes in professione, vel renouationis professionis. 67.
- Orationes pro impositioni veli Sanctimonialis. 67.
- Orationes in die obitus, seu depositionis Religiosi defuncti. 68.
- Orationes in die tertio, & septimo depositionis Religiosi defuncti. 69.
- Orationes pro defunctis in primo ternario. 69.
- Orationes pro defunctis in secundo ternario. 70.
- Orationes pro defunctis in tertio ternario. 71.

FESTA IANVARII.

Quotiescumque vero in Missa alicuius Sancti, vel festi Ordinis nostri, occurrerint plures Orationes ex Romano Missali, & una Oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda: Tunc Oratio nostri festi, aut Sancti commutetur cum alia diuersa de Communi. Ita vt Orationes Romani Missalis, immobilis permaneant: & hoc seruetur tam in primis Orationibus, quam in Secretis, & post Communionem.

XIII. IANVARII. IN FESTO SANCTISSIMI Nominis Iesu.

Introitus.

IN nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & inferorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris, alleluia, alleluia.

Psal. *8.* Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. *ψ.* Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui Vnigenitum Filium tuum constituisti humani generis Saluatorem, & Iesum vocari iussisti: concede propitius; vt cuius sanctum Nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in caelis. Per eundem Dominum nostrum.

In Missis priuatis fit commemoratio Sancti Felicis Presbyteri & martyris.

Oratio.

Concede, quaesumus omnipotens Deus: vt ad meliorem vitam, Sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum nostrum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Repletus Spiritu sancto Petrus, dixit: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie diudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Psal. *95.* Graduale. Saluos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus: vt confiteamur Nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. *ψ.* Tu Domine Pater noster, & Redemptor noster, a se-

culo nomen tuū. Allelúia, allelúia.

Pfal.
144. *ψ.* Exaltábo te Deus meus Rex : & benedicam nómini tuo Iesu in sæculum, & in sæculum sæculi. Allelúia.

In Míssa Votíua de Nomine Iesu post Septuagesimam, omisso Allelúia & *ψ.* sequenti, dicitur:

Pfal.
97. *Traçtus.* Dómine Deus virtutum conuérte nos: & osténde faciém tuam, & salui érimus: sonet vox tua in áuribus meis. *ψ.* Vox enim tua dulcis, & facies tua decóra nimis. *ψ.* Oleum effusum Nomen tuum Iesu, ideò adolefcéntulæ dilexérunt te.

Cant.
2. *Cant.*
11. In Míssa Votíua de Nomine Iesu Tempore Paschali, omittitur Graduale, & eius loco dicitur: Allelúia, allelúia. *ψ.* Exaltábo te Deus meus Rex: & benedicam Nómini tuo Iesu in sæculum, & in sæculum sæculi. Allelúia. *ψ.* Oleum effusum Nomen tuum, Iesu, ideò adolefcéntulæ dilexérunt te. Allelúia.

Sequentia dicenda tantum in die festiuitatis.

Lauda Sion Saluatoris Iesu nomen, & amoris, Toto cordis iúbilo.

Nomen sanctum nos amare Decet semper, & laudare Absque mentis núbilo.

Iesu nomen potestatis, Atque æternæ maiestatis, Summi Patris bráchium, Cælos fecit, terræ molem, Iesu nomen, atque solent

Et cæleste gáudium.

Angelorum ingens cœtus, Protoplastésque perfectus Fuit Iesu nómine.

Vt aquarum magni fontes Sunt immíssi super montes Iusto rerum órđine.

In Ægypto fecit signa Iesu nomen, & maligna Pérdidit prodígia.

Sicisso pélago, transvexit Israëlem, & demérsit Hóstiūm insígnia.

Huius nóminis virtute Superbórum sunt dirútæ Dæmonum poténtiæ,

Simulácula idolórum Sunt euérta: tyránórum Fractæ violéntiæ.

Iesu nomen figurátum Veheménter expectátum Patrum desidério.

Reuelátum nobis quidem Dedit spem, amórem, fidem, Máximo mystério.

Nomen ergo hoc amándum Toto corde, & adorándum Omni reueréntia.

In aduersis nomen Sanctum Inuocétur: Iesus tantum Aderit præsentia.

Præsentia Deitátis, Et totius bonitátis, Dulcis Iesus áderit.

Fugat morbos & liuóres, Sed & ánimi languóres, Iesus vbi vènerit.

Iesu veni nomen dulce,

Et cor nostrum tu demulce,
Nobile signaculum. Amen.
Alleluia.

✠ Sequentia sancti Euangelij
secundum Lucam.

Lucæ
2. c.

IN illo tempore: Postquam cō-
summāti sunt dies octo, vt cir-
cumcideretur puer: vocatum est
nomen eius Iesus, quod vocatum
est ab Angelo priusquam in útero
concuperetur. Credo.

Psal.
85.

Offertorium. Confitebor tibi
Dómine Deus meus in toto corde
meo, & glorificabo nomen tuum
in ætérnum: quóniam tu Dómine
suavis, & mitis, & multæ misericór-
diæ omnibus invocántibus te. Al-
leluia. Secreta.

Benedictio tua, clementissime
Deus, qua omnis viget crea-
tura, sanctificet, quæsumus, hoc sa-
crificium nostrum, quod ad gló-
riam nóminis Filij tui Dómini no-
stri Iesu Christi offerimus tibi: vt
maiestati tuæ placere possit ad lau-
dem, & nobis proficere ad salutem.
Per eundem Dóminum nostrum.

Pro Sancto Felice. Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beati
Felícis mártiris tui dicatas
meritis benignus assume: & ad
perpétuum nobis tribue prouenire
subsídium. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Natiuitate.

ibid.

Communió. Omnes gentes
quascúmque fecisti, venient, &
adorabunt coram te Dómine, &
glorificabunt nomen tuum: quó-

niam magnus es tu, & faciens mi-
rabília: tu es Deus solus. Alleluia.

Postcommunio.

OMnipotens ætérne Deus,
qui creasti, & redemisti
nos, respice propitius vota nostra:
& sacrificiū salutáris hóstiæ, quod
in honórem Nóminis Filij tui Dó-
mini nostri Iesu Christi maiestati
tuæ obtulimus, plácido & benigno
vultu suscipere digneris: vt grátia
tua nobis infusa, sub glorióso Nó-
mine Iesu, ætérnæ prædestinatio-
nis título, gaudeámus nómina no-
stra scripta esse in cælis. Per eum-
dem Dóminum nostrum.

Pro Sancto Felice.

Postcommunio.

Quæsumus Dómine, salutá-
ribus repléti mystérijs: vt
beátifelícis mártiris tui,
cuius solémnia celebrámus, oratio-
nibus adiuuémur. Per Dóminum
nostrum.

XIX. IANVARII.

IN FESTO SANCTI DIO-
NISII PAPÆ & CONFESSORIS.

Introitus.

STatuít ei Dóminus testa-
mentum pacis, & prin-
cipem fecit eum: vt sit
illi sacerdotij dignitas in ætérnum.

Eccí.
44.

Psal. Memento Dómine Dauid,
& omnis mansuetúdinis eius.

Psal.
131.

& Glória Patri. Oratio.

Misericórdiæ tuæ remédijs,
quæsumus Dómine, vítia

nostra curentur: vt beati Dionysij Confessoris tui atque Pontificis pia intercessione, ad caelestia desideria transeamus. Per Dominum nostrum.

Pro commemorat. Ss. Marij, Marthae, Audifacis, & Abachum martyrum. Oratio.

EXaudi Domine populum tuum, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem: vt & temporalis vitae nos tribuas pace gaudere, & aeternae reperire subsidium. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiae factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruauit legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Agnouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriae. Statuit illi testamentum aeternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Graduale. F. ecce sacerdos mag-

nus, qui in diebus suis placuit Deo. ¶ Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia. ¶ Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Post Septuagesimam, canit Alleluia, & sequenti, dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ¶ Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ¶ Gloria, & diuitiae in domo eius, & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

¶ Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabola hanc: Homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidi-

Psal.
109.

Psal.
111

Matth.
25.

Cap.
44.

Eccle.
44.

sti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Offertorium. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Psal.
88.

Secreta.

Sancti tui, quaesumus Domine, nos ubique latificent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Pro Sanctis Mario, Martha, Audiface, & Abachum.

Secreta.

Preces, Domine, tuorum respice, oblationesque fidelium: ut & tibi grata sint pro tuorum festiuitate Sanctorum; & nobis conferant tuae propitiationis auxilium. Per Dominum nostrum.

Lucas
12.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Praesta quaesumus, omnipotens Deus, ut de perceptis inuneribus gratias exhibentes, intercedente beato Dionysio confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

Pro Sanctis Mario, Martha, Audiface, & Abachum.

Postcommunio.

Sanctorum tuorum, Domine, intercessione placatus, praesta quaesumus: ut quae temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum nostrum.

XXII. IANVARII.

IN FESTO S. ANASTASII

martyris. Introitus.

In virtute tua, Domine, latetabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animae eius tribuisti ei. Psalm. Quoniam praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Psal.
10.

Gloria Patri.

ibid.

Oratio.

Deus in te sperantium virtus, qui de Carmeli solitudine, ad subeundam martyrij palmam, beatum Anastasium euocasti: quaesumus, ut ad salutarium tolerantiam passionum, eiusdem accendamus exemplis. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapiëntiæ.

Sap.
20.2

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi ut vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui macularunt illum, & dedit illi claritatem æternam, Dominus Deus noster.

Psal.
111.

Graduale. Beatus vir, qui timeat Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *Alleluia, alleluia.* *Ps.* Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso. *Alleluia.*

Psal.
20.

Post Septuagesimam, omisso *Alleluia*, & *Ps.* sequenti, dicitur.

Ibid.

Tractus. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate laborum eius non fraudasti eum. *Ps.* Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *Ps.* Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

✠ Sequentia sancti Euangelij
secundum Lucam.

Luce
14. f

In illo tempore: Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne, post eam quam posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? alioquin, adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Offertorium. Glória, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

Psal.
8.

Secreta.

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis: & cælestibus nos munda mysterijs, & clementer

exaudi. Per Dóminum nostrum.

Matt.
2.

Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucē suam, & sequatur me.

Postcommunio,

DA, quæsumus, Dómine Deus noster: vt, sicut tuórum cōmemoratiōne Sanctórum, temporáli gratulamur officio; ita perpetuo lætēmur aspēctu. Per Dóminum nostrum.

IN FESTO SANCTI VINCENTIJ MARTYRIS.

Introitus.

Psal.
63.

Retabitur iustus in Dómino, & sperauit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Psalm. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meā. *Ps.* Glória Patri. Oratio.

Adesto Dómine supplicatiōnibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati mártiris tui Vincentij intercessiōne liberēmur. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

2. Ti.
mot.
2. b

Charissime, Memor esto Dóminum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euāgélium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quati malè óperans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideò omnia sustineo propter electos, vt &

ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum glória cælesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutiōnem, propósitum, fidem, longanimitatem, dilectiōnem, paciētiā, persecutiōnes, passiōnes: quæ mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiōnes sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutiōnem patientur.

Cap.
3.

Graduale. Iustus cum ceciderit, non collidetur: quia Dóminus supponit manum suam. *Ps.* Tota die miseretur, & commodat: & semen eius in benedictiōne erit. Alleluia, alleluia. *Ps.* Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ. Alleluia.

Psal.
36.

Ioan.
8.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & *Ps.* sequenti, dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dóminum: in mandatis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius, generatio rectórum benedicetur. *Ps.* Glória & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Psal.
112.

✠ Sequentiæ sancti Euangélii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam.

Matt.
16. d

Qui

Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucratur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.

Psal.
20.

Offertorium. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso: vitam petijt à te, & tribuisti ei. Allelúia.

Secreta.

MVnera tibi, Domine, nostra deuotionis offerimus: quæ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum.

Ioan
12.

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit.

Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus, vt qui cælestia alimenta percipimus, intercedente beato martyre tuo Vincentio, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum.

Quia prædictum festum semper transfertur, dicantur commemorationes pro Temporibus diuersitate.

XXIX. IANVARII.

IN FESTO SANCTI PETRI

Thomæ Episc. & martyr.

Introitus.

STatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psalm. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.

Ecc.
45.Psal.
134.

Gloria Patri. Oratio.

Sancti Petri Thomæ martyris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, meritis & intercessione placatus, veniam delictorum nobis tribue: & ab omni pestilentie morbo nos liberos esse concede. Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Iacobi Apostoli.

Charissimi, Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: Ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illéctus. Deinde concupiscentia cum concéperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à Patre luminum, apud

Iaco.
1. b

quem

quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.

Psal.
88.

Graduale. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. *Ps.* Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Alleluia, alleluia. *Ps.* Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Psal.
109.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & *Ps.* sequenti, dicitur:

Psal.
20.

Tractus. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. *Ps.* Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *Ps.* Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

✠ Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Matth.
16. d

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim

hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Psal.
88.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, beati Petri Thomæ martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assūme: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum.

Communicatio. Semel iuravi in Sancto meo: semper eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in celo fidelis.

Ibid.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri quasumus Domine Deus noster: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Petro Thoma martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

XXX. IANVARII.

IN FESTO SANCTI TELESPHORI PAPÆ & MARTYRIS.

Introitus.

Statuuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

Ecccl.
15.

Psal. Memento Domine David, &

Psal.
137.

b

om-

omnis mansuetudinis eius. *V. Gló-
ria Patri.* Oratio.

DEus, qui Sanctum Telef-
phorum, è deserto ad su-
prémum Ecclesiæ tuæ régimen,
& martyrij triumphum euocásti;
largire nobis, quæsumus, vt omnia
aduérfa, pro tui nóminis glória,
humili corde sustinéntes caléstis
glóriæ palmam obtinére valeá-
mus. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Iacobi
Apóstoli.

Charíssimi, Beátus vir, qui
suffert tentationem: quón-
iam cum probatus fuerit, acci-
piet coronam vitæ, quam repromi-
sit Deus diligentibus se. Nemo cum
tentatur, dicat, quóniam à Deo
tentatur: Deus enim intentator
malorum est ipse autem neminem
tentat. Vnusquisque verò tentatur
à concupiscéntia sua abstractus, &
illéctus. Deinde concupiscéntia
cum concéperit, parit peccatum:
peccatum verò cum consumma-
tum fuerit, generat mortem. No-
lite itaque errare fratres mei dile-
ctíssimi. Omne datum óptimum,
& omne donum perfectum, de-
sursum est, descéndens à Patre lí-
minum, apud quem non est trans-
mutatio, nec vicissitudinis obum-
bratio. Voluntariè enim genuit
nos verbo veritatis, vt simus iní-
tium aliquod creaturæ eius.

Psal.
88.

Graduale. Inuéní Dauid seruum
meum, óleo sancto meo unxi eum:

manus enim mea auxiliábitur ei,
& brachium meum confortábit
eum. *V. Nihil proficiet inimicus
in eo, & filius iniquitatis non no-
cébit ei. Allelúia, allelúia. *V. Tu es
sacerdos in ætérnum, secúndum
órdinem Melchisedech. Allelúia.**

Psal.
109.

Post Septuagesimam, omisso
Allelúia, & *V. sequenti, dicitur*

Tractus. *D*esiderium animæ eius
tribuísti ei, & voluntate labiõrum
eius non fraudásti eum. *V. Quóniã
præuenísti eum in benedictiõni-
bus dulcédinis. *V. Posuísti in capite
eius coronam de lapide pretiõso.**

Psal.
20.

+ Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Lucam.

In illo tẽpore: Dixit Iesus tur-
bis: Si quis venit ad me, & non
odit patrem suum, & matrem, &
vxõrem, & filios, & fratres, & sorõ-
res, adhuc autem & animam suam,
non potest meus esse discipulus. Et
qui non baiulat crucem suam, &
venit post me, non potest meus esse
discipulus. Quis enim ex vobis vo-
lens turrim ædificãre, non prius se-
dens cõputat sumptus, qui ne-
cessãrii sunt, si hábeat ad perfici-
endum; ne, posteaquam po-ú-
erit fundaméntum, & non potue-
rit perficere, omnes qui vident,
incipiant illudere ei, dicentes:
Quia hic homo cœpit ædificãre,
& non potuit consummãre? Aut
quis rex iturus committere bel-
lum aduérsus álium regem, non
sedens prius cõgitat, si possit

Lucæ
14. f

cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Psal.
88.

Offertorium. *V*eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, beati Telephori martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dominum nostrum.

Ibid.

Communio. *S*emel iuravi in Sancto meo: semper eius in æternum manebit: & sedes eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri quæsumus Domine Deus noster: ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Telephoro martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

FESTA FEBRUARII.

II. FEBRUARII.

In festo Purificationis B. Mariæ Virginis, & eius Oct. Missa: Suscepimus Deus, ut in Missali Romano.

Intra Octavam, secunda Oratio de Spiritu Sancto. Deus, qui corda fidelium, tertia. Ecclesiæ, vel pro Papa; & dicitur Credo.

Præfatio de Natiuitate.

III. FEBRUARII.

Missa de Octava, secunda Oratio Sancti Blasij Episcopi & martyris, tertia de Spiritu Sancto.

III. FEBRUARII.

Missa de Octava, secunda Oratio de Spiritu Sancto: Deus, qui corda, tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa, & dicitur Credo.

V. FEBRUARII.

In festo Sanctæ Agathæ Virginis & martyris. Missa ut in Missali, secunda Oratio de Octava, tertia de Spiritu Sancto.

VI. FEBRUARII.

IN FESTO SANCTI ANDRÆ
Fesulani Episcopi & Confes.

Introitus.

Statuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psalm. *M*emento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. *ψ.* Gloria Patri. Oratio.

Ecc.
45.Psal.
131.

Deus, qui in Ecclesiâ tua noua semper instauras exempla virtutum: da populo tuo Beati Andræ Confessoris tui atque Pon-

rificis, ita sequi vestigia, vt assequatur & premia. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, &c.

Pro Octaua Purificationis.

Oratio.

OMnipotés sempitérne Deus, Maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigénitus Fíliustuus hodiérna die cum nostræ carnis substántiæ in templo est præsentatus; ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúndem Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Eccl.
44.

ECce sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo, & inuénus est iustus: & in tempore iracúndiæ factus est reconciliatio. Non est inuénus símilis illi, qui conseruauit legem Excélsi. Ideò iureiurádo fecit illum Dóminus creáscere in plebem suam. Benediccionem ómnium géntium dedit illi, & testaméntum suum confirmauit super caput eius. Agnouit eum in benediccionibus suis: conseruauit illi misericórdiam suam: & inuenit grátiam coram óculis Dómini. Magnificauit eum in cõspéctu regum: & dedit illi corónam glóriæ. Statuit illi testaméntum atérnum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in glória. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nómine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Cap.
45.

Graduale. Ecce sacerdos mag-

nus, qui in diébus suis placuit Deo. *Ps.* Non est inuénus símilis illi, qui conseruaret legem Excélsi. Allelúia, allelúia. *Ps.* Tu es sacerdos in atérnum secúndum órdinem Melchisedech. Allelúia.

Psal.
109.

Post Septuagesimam, omisso Allelúia, & *Ps.* sequenti, dicitur:

Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectórum benedicétur. *Ps.* Glória & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Psal.
111.

✠ Sequéntia sancti Euangélij secúndum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secúndum própriam virtutem, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam dómni sui. Post multum verò temporis venit dominus seruórum illórum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Dómine, quinque talenta tradidisti

Mat.
25.

Eccl.
44.

mihī, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dōminus eius: Euge serue bone, & fidēlis, quia super pauca fuisti fidēlis, super multa te constituam, intra in gāudium dōmini tui. Accēssit autem & qui duo talēta accēperat, & ait: Dōmine, duo talēta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dōminus eius: Euge serue bone, & fidēlis, quia super pauca fuisti fidēlis, super multa te constituam, intra in gāudium dōmini tui.

Dicitur Credo, ratione Octauæ.

Psal.
88.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. *Secreta.*

Oblata tibi mūnera, quæsumus Dōmine, intercedēte beāto Andrēa cōfessōre tuo atque Pontifice, propitius respice, & nos cælestis grātiæ rore perfunde. Per Dōminum nostrum.

Pro Beata Virgine. *Secreta.*

Exaudi, Dōmine, preces nostras: & ut digna sint mūnera, quæ oculis tuæ maiestatis offerimus, subsidium nobis tuæ pietatis impende. Per Dōminum nostrum.

Luce
12.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dōminus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Intercessiōne beāti Andrēæ cōfessōris tui atque Pontificis, sa-

cris nos mystērijs emundatos, ab omni quæsumus labe peccati præserua, & grātiæ tuæ propitius nobis dona concede. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

Pro beata Virgine.

Postcommunio.

Quæsumus, Dōmine Deus noster: ut sacrosancta mystēria, quæ pro reparatiōnis nostræ munimine contulisti, intercedēte beāta Mariā semper virgine, & præsens nobis remedium esse faciās, & futurum. Per Dōminum nostrum Iesum Christum.

VII. FEBRUARII.

In festo Sancti Romualdi Abbat. Missa ut in Missali, secunda Oratio de Octaua.

IX. FEBRUARII.

Octaua Purificationis beatæ Mariæ. Missa ut in die, secunda Oratio de S. Apollonia Virgine, & martyre.

XI. FEBRUARII.

IN FESTO SANCTÆ EUPHROSINÆ VIRGINIS.

Introitus.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Psalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *ψ.* Glória Patri.

Psal.
44.

Ibid.

Oratio.

DEus, qui sanctam Euphrosynam virginem ad sanctitatis studium mirabiliter excitasti, & in eodem iugiter direxisti: fac nos eius meritis & intercessione, perfecta charitate feruentes. Per Dominum nostrum.

Quando venerit in Quadragesima, fit commemoratio Ferie.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae; sed & supportare me. *Emulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.*

Graduale. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. *Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia.*

Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi in laetitia. Alleluia.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & sequenti, dicitur:

Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. *Vultu tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiae regum in honore*

tuo. *¶ Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. ¶ Afferentur in laetitia & exultatione: adducuntur in templum Regis.*

✠ Sequentia sancti Evangelij secundum Matthaeum.

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculinum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. *Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, moechatur. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: &*

Matt.
19.

2. Co
rinc.
10. 6

Gal.
44.

Ibid.

sunt

sunt eunúchi, qui se ipsos castra-
uerunt propter regnum cœlorum.
Qui potest capere capiat.

Psal.
44.

Offertorium. Filix regum in ho-
nóre tuo, ástitit regina à dextris
tuis in vestitu deaurato, circumda-
ta varietate. Secreta.

Accépta tibi sit, Dómine, fa-
crata plebis oblátio, pro
tuórum honóre Sanctórum, quo-
rum se méritis de tribulatione per-
cepisse cognóscit auxilium. Per
Dóminum nostrum.

Mat.
25.

Communio. Quinque prudén-
tes vírgines accepérunt óleum in
vasis suis cum lampádibus: média
autem nocte clamor factus est:
Ecce sponsus venit, exíte óbuiam
Christo Dómino.

Postcommunio.

Satiasti, Dómine, familiam
tuam munéribus sacris: eius
quæsumus semper interuentione
nos réfove, cuius solémnia cele-
brámus. Per Dóminum nostrum.

XIII. FEBRVARI.
IN FESTO SANCTI CYRILLI
Episcopi Alexandrini Confes-
soris & Doctoris.

Introitus.

Ecc.
15.

IN medio Ecclésiæ apéruit
os eius, & impléuit eum
Dóminus spíritu sapién-
tiæ, & intellectus: stolam glóriæ ín-
duit eum. Psalm. Bonum est con-
fiteri Dómino, & psallere nómini
tuo, Altíssime. V. Glória Patri.

Psal.
71.

Oratio.

Supérni lúminis Pater, qui mē-
stem beáti Cyrilli Confessóris
tui atque Pontificis, vt genitricis
Filij tui semper Vírginis Mariæ ho-
nórem ab hæreticórum nébulis
vindicaret, veræ fidei & sapiéntia
luce illustrare dignátus es: ipso in-
terueniente concéde, vt errántium
corda ad veritátis tuæ rédeant
vnitatem, & in tua simus volun-
tate concórdes. Per eúndem Dó-
minum nostrum.

Quando venerit in Quadagesi-
ma fit commemoratio Ferie.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Optáui, & datus est mihi sen-
sus: & inuocáui, & venit in
me spíritus sapiéntiæ: & præpósui
illam regnis & sedibus, & diuitias
nihil esse duxi in comparatione il-
lius: nec comparáui illi lápidem
pretiósium: quóniam omne aurum
in comparatione illius, aréna est
exígua, & tamquam lutum esti-
mabitur argéntum in conspéctu
illius. Super salútem & spéciem di-
léxi illam, & propósui pro luce ha-
bere illam: quóniam inextinguibile
est lumen illius. Venerunt autem
mihi ómnia bona páriter cum illa,
& innumerábilis honestas per ma-
nus illius, & lætátus sum in ómni-
bus: quóniam antecedebat me
ista sapiéntia, & ignorábam quón-
iam horum ómnium mater est.
Quam sine fictiône didici, & sine
inuídiá cômúnico, & honestátem

Sap.
1.

illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vti sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinae dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & praesumere digna horum, quae mihi dantur; quoniam ipse sapientiae dux est, & sapientium emendator.

Psal.
131.

Graduale. Sacerdotes eius in dno salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. *Ps.* Illuc produca cornu David, paraui lucernam Christo meo. *A.* Alleluia, alleluia. *Ps.* Iuravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. *Alleluia.*

Psal.
109.

Post Septuagesimam, omisso *A.* Alleluia, & *Ps.* sequenti, dicitur:

Psal.
111.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *Ps.* Gloria & diuitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

✠ Sequentia sancti Evangelij secundum Matthaeum.

Matt.
5.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal euauerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendant lucernam, & ponunt eam sub mo-

dio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. *Credo.*

Offertorium. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

Psal.
111.

Secreta.

Sancti Pontificis tui Cyrilli nobis, Domine, pia non desit oratio, quae & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum nostrum.

Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Luca
12.

Postcommunio.

Vt nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem, beatus Cyrillus Pontifex tuus, & Doctor egregius, quaesumus, precator accedat. Per Dominum nostrum.

XXV. FEBRVARII.
IN FESTO SANCTI AVER-
tani Confessoris.

Introitus.

Psal.
36.



Si iusti meditabitur sapien-
tiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium: lex Dei
eius in corde ipsius. Psalm. Noli
æmulari in malignantibus: neque
zelaueris facientes iniquitatem.

Ibid.

✠. Glória Patri. Oratio.

DA nobis, quæsumus Dómi-
ne, beati Auertani confes-
soris tui vitam religiôsam sub ve-
xillo genitricis tuæ Mariæ de mon-
te Carmelo perfectè sectari: eius-
que intercedentibus méritis in
omni perfectiône firmari. Qui vi-
uis & regnas cum Deo Patre,

Et fit commemoratio Feriæ si
venerit in Quadragesima.

Lectio libri Sapiëntia.

Eccle.
31.

Beatuſ vir, qui inuentuſ eſt ſi-
ne mácula, & qui poſt aurum
non abiit, nec ſperauit in pecu-
niæ theſauris. Quiſ eſt hic, &
laudábilis eum? fecit enim mi-
rabília in vita ſua. Qui probátuſ
eſt in illo, & perfectuſ eſt, erit illi
glória æterna: qui, potuit tranſ-
grédi, & non eſt tranſgreſſuſ; fáce-
re mala, & non fecit: ideò ſtabili-
ta ſunt bona illiuſ in Dómino, &
eleemóſynas illiuſ enarrábit om-
nis Eccléſia ſanctorum.

Psal.
51.

Graduale. Iuſtuſ vt palma flo-
rébit: ſicut cedruſ Libani mul-
tiplicábitur in domo Dómini.

✠. Ad annuntiandum manet mi-
ſericórdiam tuam, & veritatem
tuam per noctem.

Tractus. Beatus vir, qui timet
Dóminum: in mandatis eius cu-
pit nimis. ✠. Potens in terra erit
femen eius: generatio rectórum
benedicetur. ✠. Glória & diuitiæ
in domo eius: & iuſticia eius ma-
net in ſæculum ſæculi.

Psal.
111.

✠ Sequëntia ſancti Euangélj
ſecúndum Lucam.

In illo tempore: Dixit Ieſuſ diſ-
cipulis ſuis: Sint lumbi veſtri
præcincti, & lucernæ ardentes
in má nibus veſtris, & voſ ſimi-
les hominibus expectántibus dó-
minum ſuum quando reuertátur
à nuptijs: vt cum vénerit, & pul-
ſauerit, confestim apérianť ei. Beá-
ti ſerui illi, quos, cum vénerit dó-
minus, inuenerit vigilántes: amen
dico vobis, quod præcinget ſe, &
faciet illos diſcumbere, & tran-
ſiens miniſtrábit illis. Et ſi vénerit
in ſecúnda vigília, & ſi in tértia vi-
gília vénerit, & ita inuenerit, beá-
ti ſunt ſerui illi. Hoc autem ſci-
tote, quóniam ſi ſciret paterfamí-
lias, qua hora fur veníret, vigilá-
ret útique, & non ſineret pèrtodi-
domum ſuam. Et voſ eſtote pa-
ráti: quia qua hora non putátis, fi-
lius hominís veniet.

Luca
12.

Offertorium. Véritas mea, &
miſericórdia mea cum ipſo: & in
nómine meo exaltábitur cornu
eius.

Psal.
88.

Secreta.

L Audis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum cōmemoratióne Sanctórum: quibus nos & præsentibus éxui malis confidimus, & futúris. Per Dóminum nostrum.

Mat. 24. **C**ommunio. **R** cātus seruus, quem, cūm uenerit dóminus, inuenerit uigilántem: amen dico uobis, super ómnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

R Efēcti cibo potúque cælesti, Deus noster, te supplices exorámus: ut in cuius hac commemoratióne percépimus, eius muni ámur & précibus. Per Dóminum nostrum.

FESTA MARTII.

VI. MARTII.

IN FES TO SANCTI CYRIL

V. Conuulsis & Doctoris.

Introitus.

Ecc. 15. **I**N médio Ecclésiæ apérui os eius, & impléuit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ, & intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. *Psalm.* Bonum est confiteri Dómino, & psállere nómini tuo, Altíssime. *V.* Glória Patri.

Oratio.

D Deus, qui beáto Cyrillo Doctóri sacrum in Monte Carméli faciénti, Angélico aspéctu futúri sæculi statum reuelásti: tribue

nobis, eius imitatióne terréna despícere, & ad atérna iúgiter aspiráre. Per Dóminum nostrum.

Quando uenerit in Quadragesima, fit commemoratio de Feria.

L ectio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

R Ratres, Obsecro uos ego uinctus in Dómino, ut dignè ambulétis uocatióne, qua uocati estis, cum omni humilitate, & mansuetúdine, cum paciéntia, supportántes inuicem in charitáte, solliciti seruáre unitátem spírítus in uínculo pacis. Vnum corpus, & unus Spírítus, sicut uocati estis in uña spe uocatiónis uestræ. Vnicuique autem nostrum data est grátia secúndum mensúram donatiónis Christi. Propter quod dicit: Ascéndens in altum, captiuam duxit captiuitátem: dedit dona homínibus. Quod autem ascéndit, quid est, nisi quia & descéndit primúm in inferiores partes terræ? Qui descéndit, ipse est, & qui ascéndit super omnes cælos, ut impleret ómnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios uerò Euangelístas, álios autem Pastóres, & Doctóres ad consummationem sanctórum in opus mynistérij, in ædificatió-nem córporis Christi: donec occurrámus omnes in unitátem fidei, & agnitiónis Fílij Dei, in uirum perfectum, in mensúram ætatis plenitudinis Christi.

Eph. 4.

Psal.
136.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *Ps.* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Psal.
111.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *Ps.* Gloria & diuitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.

✠ Sequentia sancti Evangelij secundum Matthaeum.

Matt.
5.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum & terra, iota vnum, aut vnus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno

caelorum: qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno caelorum. *Credo.*

Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur. *Psal.* 91.

Secreta.

Oblatis, quaesumus Domine, placare muneribus: & intercedente beato Cyrillo confessore tuo atque Doctore, a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. *Lucx* 12.

Postcommunio.

Preceptis, Domine Deus noster, salutaribus sacramentis, humiliter deprecamur: vt quae beatus Cyrillus confessor tuus, & Doctor egregius docuit in terris, consequi mereamur in caelis. Per Dominum nostrum.

XIII. MARTII,
IN FESTO SANCTAE EV-
PHRAE Virginis.

Introitus.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo laetiae praesentibus tuis. *Psal.* 41. *ibid.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *Ps.* Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam noua semper prole fecundas: propitiare supplicibus tuis; vt sicut beatam Euphrasiam virginem virtutibus & miraculis decorasti; ita eius intercessione a vitiorum tenebris eruamur. Per Dominum nostrum.

Et fit commemoratio Feriæ.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ; sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Respondi enim vos vni viro virginem castam exubere Christo.

Gratiuale. S pécie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Tractus. A udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit Rex speciẽ tuam. V. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filia regum in honore tuo. V. Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. V. Afferentur in lætitia & exultatione: adducuntur in templum Regis.

✠ Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò accepèrunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respondèrunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Dómine, Dómine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigiláte itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. F ilia regum in honore tuo, álltitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, cir-

cum-

2. Co
rint.
10. dPsal.
44.

Ibid.

Mat.
25.Psal.
44.

cum data varietate. *Secreta.*

Accepta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio, pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum nostrum.

Mat. 5. **C**ommunio. Quinque prudentes vírgines acceperunt óleum, in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit; exíte óbuiam Christo Dómino.

Postcommunio.

Satiasti, Dómine, familiam tuã munéribus sacris: eius quæsumus semper interuentiône nos réfouere, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

XVIII. MARTII.

IN FESTO SANCTI GABRIELIS Archangeli.

Introitus.

Dan. 9. **A** exórdio præcum tuárum egressus est sermo: Ego autem Gábiel veni, vt indicárem tibi, quia vir desideriórum es. *Psalm. 67.* Exúrgat Deus, & dissipéntur inimici eius: & fúgiant qui odérunt eum, à fácie eius.

¶ Glória Patri. *Oratio.*

Deus, qui inter céteros Angelos ad annuntiándum Incarnatiónis tuæ mystérium, Gábríelem Archángelum elegísti: cõcède propítius, vt qui festum eius celebrámus in terris, ipsius patro-

trocínium sentiámus in cælis. Qui viuis & regnas.

Commemoratio Feriæ in Quadragesima.

Lectio Daniélis Prophætæ.

Dan. 9. **I**n diebus illis: Dixit Dániel Prophætá: cum orárem, & cõfiterer peccáta mea, & peccáta populi mei Israël, & prostérnerem preces meas in conspéctu Dei mei, pro monte Sancto Dei mei. Adhuc me loquente in oratióne, ecce vir Gábiel, quem víderam in visióne à principio, citò volans tetigit me in témpore sacrificij vespertini. Et dócuit me, & locútus est mihi, dixitque: Dániel nunc egressus sum vt docérem te, & intellígeres. Ab exórdio precum tuárum egressus est sermo: ego autem veni vt indicárem tibi, quia vir desideriórum es: tu ergo animaduérte sermónem, & intellíge visiónem. Septuagínta hebdomades abbreviátæ sunt super pópulum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummètur præuariatío, & finem accípiat peccátum, & deleátur iniquitas, & adducátur iustítia sempiterna, & impleátur visio, & prophetia, & vngátur Sanctus Sanctórum.

Graduale. Psalm. 102. Benedicite Dómino omnes Angeli eius: potentes virtúte, qui fácitis verbum eius.

¶ Benedic ánima mea Dómino, & omnia interióra mea, nómini sancto eius.

Tractus. Gáude María virgo,

cun-

cunctas hereses sola interemisti.
 ¶ Quæ Gabriëlis Archàngeli dictis
 credidisti. ¶ Dum Virgo Deum,
 & hómínem genuisti: & post par-
 tum Virgo inuoláta permansisti.

Tempore Paschali, omisso Gra-
 duali, & Tractu, dicitur Allelúia, al-
 lelúia. ¶ Angelus Gábriel ad Ma-
 riám dixit: Ne timeas Mariá, inue-
 nisti grátiam apud Deum. Allelúia.

¶ Angelus Dómini descendit de
 cælo: & accédēs reuóluit lápidem,
 & sedébat super eum. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Euangélij
 secúndum Lucam.

In illo tēpore: Missus est An-
 gelus Gábriel à Deo in Ciuitá-
 tem Galilææ, cui nomen Názareth,
 ad Virginem desponsátam viro, cui
 nomen erat Ioseph, de domo Da-
 uid: & nomen Virginis Mariá. Et
 ingressus Angelus ad eam, dixit:
 Ave grátia plena, Dóminus tecum:
 benedícta tu in mulièribus. Quæ
 cum audisset turbáta est in sermó-
 ne eius: & cogitabat qualis esset
 ista salutátio. Et ait Angelus ei. Ne
 timeas Mariá: inuenisti enim grá-
 tiam apud Deum. Ecce concípies
 in útero, & páries filium: & vocá-
 bis nomen eius Iesum. Hic erit
 magnus: & filius Altíssimi vocá-
 bitur. Et dabit illi Dóminus Deus
 sedem Dauid patris eius: & regná-
 bit in domo Iacob in ætérnum: &
 regni eius non erit finis. Dixit au-
 tem Mariá ad Angelum: Quomo-
 do fiet istud: quóniam virum non

cognóscō? Et respóndens Angelus,
 dixit ei: Spíritus sanctus superue-
 niat in te: & virtus Altíssimi obū-
 bráuit tibi. Ideòque & quod nas-
 cétur ex te sanctum, vocábitur fi-
 lius Dei. Et ecce Elisábeth cogná-
 ta tua: & ipsa concépit filium in
 senectúte sua. Et hic mensis sextus
 est illi, quæ vocátur stérilis: quia
 non erit impossíbile apud Deum
 omne verbum. Dixit autem Ma-
 riá: Ecce ancilla Dómini: fiat mihi
 secúndum verbum tuum. Credo.

Offertorium. Angelus Gábriel
 stans à dextris altáris incénsi appá-
 ruit Zachariæ, dum incénsūm pó-
 neret, & ait ad illum: Ne timeas
 Zachariá, quóniam exaudita est
 depræcátio tua.

Secreta.

Anue nobis misericors
 Deus, vt intercedente beáto
 Gabriële Archangelo tuo: hóstias
 placatiónis, & laudis sincero tibi
 deferámus obséquio. Per Dómi-
 num nostrum.

Communio. In conspéctu An-
 gelórum psállam tibi adorábo ad
 templum sanctum tuum & confi-
 tébor nómini tuo.

Postcommunio.

DA nobis, quæsumus Dó-
 mine Deus noster, vt inter-
 cedente beáto Gabriële Archán-
 gelo tuo: quæ tua sunt, iúgiter
 exequentes, donis mereámur cæ-
 léstibus propinquáre. Per Dómi-
 num nostrum.

psál.
137.

XIX. MARTII.

In festo sancti Ioseph Confessoris, nostre Congregationis Patroni, Missa vt in Missali. Fit commemoratio de Feria in Quadragesima, & dicitur Credo.

XX. MARTII.

In festo Sancti Ioachim Confessoris, Patris Beatæ Virginis Mariæ, Missa vt in Missali; & commemoratio Feriæ in Quadragesima.

XXIX. MARTII.

IN FESTO SANCTI BERTHOLDI Confessoris.

Introitus.

Vltus vt palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini, in átrijs domus Dei nostri. *Psalm.* Bonum est confiteri Dómino: & psállere nómini tuo, Altíssime. *¶* Glória Patri.

Oratio.

Prótegat nos, Dómine, sancti Bertholdi Confessoris tui veneránda solémnitas: qui sicut Carmelitarum Ordinem omni sanctitate rexit & auxit; ita perpétuam eius protectiõnem sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Commemor. Feriæ in Quadragesima. *Lectio* Epístolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Fratres, Spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Chri-

stum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsq̄ue in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborámus operántes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutiõnem patimur, & sustinémus: blasphemámur, & obsecrámus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, ómnium peripséma vsque adhuc. Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charíssimos móneo. In Christo Iesu Dómino nostro.

Graduale. Os iusti meditábitur sapiéntiam, & língua eius loquetur iudiciũ. *¶* Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantábuntur gressus eius.

Tractus. Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. *¶* Potens in terra erit semen eius: generatiõ rectórum benedicetur. *¶* Glóriæ & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali, oauitior Graduale, & Tractus, & dicitur Allelúia, allelúia. ¶ Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia. *¶* Iustus germinábit sicut lílium; & florébit in ætérnum ante Dóminum. Allelúia.

Psalm.
91.

Ibid.

Psalm.
91.

Psalm.
111.

Ibid.

Osseu.
14.

1. Co.
rint.
4. b.

✠ Sequētia sancti Euangēlij
secūndūm Lucam.

Lucz
12.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dōminum suum quando reuertatur à nūptijs: vt, cūm venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos, cum venerit dōminus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sinneret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Psal.
20.

Offertorium. In virtute tua Dōmine lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

Secreta.

Præsta nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dōminum nostrum.

Mar.
19.

Communio. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Festorum.

Quæsumus omnipotens Deus: vt qui cælestia alimenta percipimus, intercedente beato Bertholdo confessore tuo, per hæc cōtra omnia aduersa muniamur. Per Dōminum nostrum.

FESTA APRILIS.

VIII. APRILIS.

IN FESTO SANCTI ALBERTI
Patriarchæ Ierosolymitani.

Introitus.

Statuit ei Dōminus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

Eccl.
45.

Psal. Memento Dōmine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

Psal.
138.

Glória Patri. Oratio.

Tvæ benedictionis plenitudo super nos quæsumus Dōmine copiosa descendat, & iugiter Sancti Alberti Confessoris tui, atque Pontificis placare suffragijs. Per Dōminum nostrum.

Lectio libri Sapiëntiæ.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tēpore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruauit legem Excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dōminus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confir-

Eccl.
44.

mauit super caput eius. Agnouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum æternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *Ps.* Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. *Ps.* Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. *Ps.* Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, & eius loco, dicitur Allelúia, allelúia. *Ps.* Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia. *Ps.* Hic est Sacerdos, quem coronauit Dominus. Allelúia.

✠ Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talen-

ta, alij autem duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam uirtutem, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniã domini sui. Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. *Psal.* 88.

Secreta.

Sancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificent: ut dum eorum merita recolumus, patrociniã sentiãmus. Per Dñm nostrum.

Luce
11.

Communio. **W** idélis féruus, & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensuram.

Postcommunio.

P Ræsta quæsumus, omnípotēs Deus, vt de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedente Beáto Albérto Confessóre tuo, atque Pontífice, beneficia potiõra sumámus. Per Dñm nostrum.

PRIMA FERIA SEXTA

post Octauam Paschæ, non impedita festo ix. Lectio, in proprio loco.

IN FESTO CORONÆ

Contini. Introitus.

Audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre Coronæ Dómini, de cuius solemnitate gáudent Angeli, & colláudant Fílium Dei, allelúia, allelúia.

Psal.
46.

Psal. Omnes gentes pláudite máribus: iubiláte Deo in voce exultatiõnis. **V** Glória Patri.

Oratio.

P Ræsta quæsumus, omnípotēs Deus: vt qui in memóriam passiõnis Dómini nostri Iesu Christi Coronam eius spíneam venerámur in terris, ab ipso gloria & honóre coronári mereámur in cælis. Qui tecū viuit & regnat in vnitáte.

Lectio libri Sapientia.

Cant.
3.º

Lectulum Salomõnis sexaginta fortes ámbiunt ex fortí-

simis Israël: omnes tenentes gládios, & ad bella doctíssimi: vniuscuiusque ensis super femur suum propter timóres noctúrnos. Ferculum fecit sibi rex Sálomon de lignis Líbani: colúmna eius fecit argénteas, reclinatorium áureum, ascensum purpúreum: média charitate constráuit propter filias Ierúsalem. Egredímmini & vidéte filia Sion regem Salomõnem in diadēmate, quo coronáuit illum mater sua in die desponsatiõnis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

Allelúia, allelúia. **V** Corona áurea super caput eius, expréssa signo sanctitátis, glória honóris, & opus fortitudinis, allelúia. **V** Tibi glória Hosanna, tibi triúmphus, & victória; tibi summæ laudis & honóris corona. Allelúia.

Ecc.
45.

✠ Sequéntia sancti Euangélij secúndum Ioánnem.

In illo tēpore: Apprehéndit Pilátus Iesum, & flagelláuit. Et milites plecténtes coronam de spínis, imposuerunt cápiti eius: & veste purpúrea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Iudæorum: & dabant ei álapas. Exiuit ergo iterum Pilátus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras; vt cognoscátis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans coronam spíneam, & purpúreum vestiméntum. **C**redo.

Ioan
19.

Offertorium. **L**áuda Ierúsalem

Dóminum, quia dabit tibi corónam procínere, & eris coróna glóriæ in manu Dei tui, allelúia.

Secreta.

TVórum militum Rex omnipotens, virtutem corróboravit quos in huius mortalitatis stádio vnigéniti Filij tui Coróna lætíficat, cõsummáto cursu certáminis, immortalitatis per hæc, quæ offerimus, brauium apprehendant. Per eúndem Dóminum nostrum.

Præfatio de Cruce. Qui salutem húmáni géneris.

Prou. Communio. In ætate mater nostra, quia dabit Dóminus cápiti tuo augmenta gratiarum, & coróna ínclýta próteget te, allelúia.

Postcommunio.

Supplices te rogámus, omnipotens Deus: vt hæc sacramenta, quæ sumpsimus, per sacrosánctam Filij tui Corónam, cuius solémnia recensémus, ad virtutem nobis proficiant & salutem. Per eúndem Dóminum nostrum.

DOMINICA III. POST Pascha.

IN FESTO SANCTI IOSEPH
Confessoris, Protectoris, & Patroni
Ordinis Carmelitarum
Discalceatorum.

Introitus.

DE ventre Matris meæ, tu es Protéctor meus: repleatur os meum laude, vt cantem glóriam tuam, tota die

magnitudinem tuam, allelúia, allelúia. Psalm. Qui regis Israel intendet; qui deducis, velut ouem, Ioseph. v. Glória Patri.

Oratio.

DEus, qui ineffabili prouidentia, beátum Ioseph, sanctissimæ genitricis tuæ Sponsum eligere dignátus es: præsta quæsumus; vt quem Protectórem venerámur in terris, intercessórem habere mereámur in cælis. Qui vis, & regnas.

Et facta commemoratio Dominicæ.

Oratio.

DEus, qui errántibus, vt in viam possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiána professione censentur, & illa respúere quæ huic inimica sunt nómini; & ea quæ sunt apta, sectári. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Génesis.

Filius accrésens Ioseph, filius accrésens, & decórus aspectu: filia discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, invideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissolúta sunt vincula brachiórum, & mánuum illius per manus poténtis Iacob: indè pastor egressus est lapis Israel. Deus Patris tui erit adiutor tuus, & omnipotés benedíct tibi, benedíctiónibus cæli desuper, benedíctiónibus abissi, iacéntis deórum benedíctióni-

bus úberum, & vuluæ. Benedictiões Patris tui confortatæ sunt benedictiõibus Patrum eius: donec veniret desiderium cõllium æternõrum; fiant in cåpite Ioseph; & in vertice Nazaréi inter fratres suos. A llelúia, allelúia, &. De quacúmque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos; & ero Protectõr eõrum semper. A llelúia.

Fac nos innocuam Ioseph decurrere vitam, sitque tuo semper tuta patrocínio. Allelúia.

✠ Sequentia sancti Euangélii secundum Lucam.

Cap.
3.

In illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annõrum triginta, vt putabatur, filius Ioseph. Dicitur Credo.

Offertorium. I. áuda Ierúsalem Dõminum, quõniam confortauit feras portarum tuarum benedixit filiis tuis in te, allelúia, allelúia.

Secreta.

Sanctissimæ genitricis tuæ Sponsi Patrocínio suffulti rogamus Dõmine, clementiam tuã: vt corda nostra facias terræna cuncta despícere, ac te verum Deum perfectã charitatẽ diligere. Qui viuís, & regnas.

Pro Dominica. Secreta.

His nobis, Dõmine, mystérijs conferatur, quò terræna desideria mitigantes, discamus amare cælestia. Per Dõminum nostrum.

Communio. Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, allelúia, allelúia.

Postcommunio.

Diuini muneris fonte refecti, quæsumus Dõmine Deus noster, vt sicut nos facis beati Ioseph protectiõe gaudere, ita eius meritis, & intercessiõe cælestis gloriæ facias esse partícipes. Per Dõminum nostrum.

Pro Dominica.

Postcommunio.

Sacramenta, quæ sumpsimus, quæsumus Dõmine, & spiritalibus nos instaurant alimentis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per Dõminum nostrum.

FESTA MAIL.

V. MAIL.

IN FESTO SANCTI ANGELI

Martyris. Introitus.

Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, allelúia: à multitudinẽ operantium iniquitatẽ, allelúia, allelúia, Psal. Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meã.

✠ Glória Patri.

Psal.
63.

Ibid.

Oratio.

Plebs tua te, Dómine, beati Angeli sacerdotis & mártiris tui glorificatióne sanctificet: & eòdem intercedente te mereatur habere rectorem. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epístolæ Beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Charíssime, Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus: vt ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dóminus in omnibus intellectum. Memor esto Dóminum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangélium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideò omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum glória cælesti. Tu autem affectus es meam doctrinam, institutionem, propòsitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quæ mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Allelúia, allelúia. *Ps.* Confitebuntur cæli mirabilia tua Dómine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Allelúia. *Ps.* Posuisti Dómine super caput eius coronam de lapide pretioso. Allelúia.

✠ Sequentia sancti Euangélj secundum Ioannem.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: & Pater meus agricola est: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Dicitur Credo in Ecclesijs Ordinis tantum.

Offertorium. Confitebuntur cæli mirabilia tua Dómine, & veritatem tuam in Ecclesia Sanctorum. Allelúia, allelúia.

2. Tim.
mot.
2.Cap.
6.Cap.
3.Psal.
88.Psal.
10.Ioan.
15.Psal.
88.

Secreta.

H Ostias tibi, Dómine, beáti Angeli Mátyris tui dicátas méritis benignus asúme : & ad perpétuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

Psal.
36.

Communio. Lætábitur iustus in Dómino, & sperábit in eo : & laudabúntur omnes recti corde. A llelúia, allelúia.

Postcommunio.

R Efécit participatióne múneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt, cuius exéquimur cultum, intercedente beáto Angelo Mátyre tuo, sentiámus efécitum. Per Dóminum nostrum.

Infraoctauam Sancti Angeli, & in ipso die Octauæ fit idem Officium quod in die Festi, cum **Credo** in Ecclesijs nostris. Sed Infraoctauam post Orationem diei dicitur secunda Oratio de Sancta Maria. **C**oncède nos, Tertia, E. **cclesiæ** tuæ, vel pro Papa.

VI. MAIL.

In festo Sancti Ioannis Ante Portam Latinam; Missa vt in Missali. Et fit commemoratio Sancti Angeli.

VII. MAIL.

In festo Sancti Stanislai Episcopi & Mátyris. Missa vt in Missali. Secunda Oratio de Sancto Angelo. Tertia de B. Maria. **C**oncède nos.

VIII. MAIL.

In Apparitione Sanctæ Michaëlis Archangeli. Missa vt in Missali cum commemoratione S. Angeli

IX. MAIL.

In festo Sancti Gregorij Nazianceni Episcopi & Confessoris. Missa vt in Missali; & fit commemoratio Sancti Angeli.

X. MAIL.

Missa de Octaua Sancti Angeli Mátyris. Secunda Oratio de Sanctis Mátyribus Gordiano, & Epimacho. Tertia de Sancta Maria. **C**oncède nos.

XII. MAIL.

Octaua Sancti Angeli Mátyris. Missa vt in die festo.

XVI. MAIL.

IN FESTO SANCTI SIMONIS Confessoris.

Introitus.

S iusti meditábitur sapiéntiam, & língua eius loquétur iudícium: lex Dei eius in corde ipsius. A llelúia, allelúia. Psalm. N oli æmulári in malignántibus : neque zeláueris faciéntes iniquitátem. **G**lória Patri.

Oratio.

Deus, qui précibus & méritis beáti Simónis Confessoris tui, Carméli Montis Ordinem, per manus Genitrícis filij tui Dó-

Psal.
36.

Ibid.

mini nostri Iesu Christi, singulári
priuilegio decorásti: concède, vt
ipso interueniente ad glóriam,
quam diligéntibus te præparásti,
peruenire valeámus. Per eúndem
Dóminum nostrum.

In Misis priuatis fit commemo-
ratio Sancti Vbaldi Episcopi & Cõ-
fessoris. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens
Deus, vt beáti Vbaldi Con-
fessõris tui, atque Pontificis vene-
ránda solémnitas, & deuotiõnem
nobis áugeat & salutem. Per Dó-
minum nostrum.

Lectio libri Sapientie.

BEatus vir, qui inuentus est
sine mácula: & qui post au-
rum non ábiit, nec sperábit in pe-
cúniæ thesauris. Quis est hic, &
laudábimus eum? Fecit enim mi-
rabília in vita sua. Qui probátus
est in illo, & perfectus est, erit illi
glória æterna. Qui potuit trans-
gredi, & non est transgressus; fá-
cere mala, & non fecit. Ideò stabi-
lita sunt bona illius in Dómino:
& eleemosynas illius enarrábit
omnis Ecclesia sanctõrum.

Allelúia, allelúia. Beátus vir, qui
suffert tentatiõnem; quóniam, cum
probátus fúerit, accipiet corónam
vitæ. Allelúia. Amáuit eum Dó-
minus, & ornáuit eum stolam
glóriæ induit eum. Allelúia.

Extra tempus Paschale, dicitur:
Graduale. Iustus vt palma flo-
rébit, sicut cedrus Libani, multi-

plicábitur in domo Dómini. Ad
annuntiándum manè misericór-
diam tuam, & veritatem tuam per
noctem. Allelúia, allelúia. Beá-
tus vir, qui suffert tentatiõnem;
quóniam, cum probátus fúerit, ac-
cipiet corónam vitæ. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Petrus ad
Iesum: Ecce nos reliquimus
omnia, & secúti sumus te: quid er-
go erit nobis? Iesus autem dixit il-
lis: Amen dico vobis, quòd vos,
qui secúti estis me, in regeneratiõ-
ne cum sèderit filius hóminis in
sede maiestatis suæ, sedébitis & vos
super sedes duódecim, iudicántes
duódecim tribus Israël, & omnis
qui reliquerit domum, vel fratres,
aut soróres, aut patrem, aut ma-
trem, aut vxórem, aut filios, aut
agros propter nomen meum: cen-
tuplum accipiet, & vitam ætér-
nam possidébit. Credo.

Offertorium. Veritas mea, &
misericórdia mea cum ipso: & in
nómine meo exaltábitur cornu
eius. Allelúia. Secreta.

Audis tibi, Dómine, hóstias
limmolámus in tuórum cõ-
memoratiõne Sanctõrum: quibus
nos & præsentibus exui malis con-
fidimus, & futúris. Per Dóminum
nostrum.

Pro Sancto Vbaldo. Secreta.

Sancti tui, quæsumus Dómine,
nos vbique lætificent: vt dum

eorum mérita recólimus , patro-
cínia sentiamus. Per Dóminum
nostrum.

Marc.
24

Communio. **B**eátus feruus, quē
cūm uenerit dóminus , inuenerit
vigilántem: amen dico uobis, super
ómnia bona sua constituet eum.
Allelúia.

Postcommunio.

Refecti cibo potúque calésti,
Deus noster , te súpplices
exoramus : ut in cuius hæc com-
memoratióne percépimus , eius
muniámur & précibus. Per Dómi-
num nostrum.

Prò Sancto Vbaldo.

Postcommunio.

Præsta quæsumus , omni-
potens Deus : ut de percéptis
múnéribus grátias exhibéntes in-
tercedénte *Beato Vbaldo Confes-
sore tuo atque Pontífice*, beneficia
potióra sumámus. Per Dóminum
nostrum Iesum Christum.

Infractauam Sancti Simonis,
& in die octauo fit idem Officium
quod in die. Sed Infractauam di-
citur secunda Oratio de Beata Ma-
ria. **C**oncède nos. Tertia, E cclé-
siæ tuæ. vel pro Papa, & dicitur
Credo.

XVIII. MAIL

In festo Sancti Venantij Mar-
tyris. Missa ut in Missali, dicitur
secunda Oratio de Sancto Simo-
ne, tertia de Beata Virgine. **C**on-
cède.

XIX. MAIL

In festo Sancti Petri Cælestini
Papæ & Confessoris. Missa ut in
Missali. Secunda Oratio Sancti Si-
monis, Tertia Sanctæ Pudentianæ
Virginis.

XX. MAIL

In festo Sancti Bernardini Se-
nensis Confessoris. Missa ut in Mis-
sali. Secunda Oratio Sancti Simo-
nis, Tertia de Beata Virgine Ma-
ria. **C**oncède nos.

XXIII. MAIL

Octaua Sancti Simonis Confes-
soris, Missa ut in die festo.

XXV. MAIL

IN FESTO SANCTÆ MARIE
Magdalenæ de Pazzi Virginis.

Introitus.

Dillexisti iustitiam, & odisti
iniquitatem : propterea
vnxit te Deus, Deus tuus,
óleo lætitiæ præ consortibus tuis.
Psal. E ructauit cor meum ver-
bum bonum : dico ego ópera
mea Regi. **ŷ**. Glória Patri.

Psal.
44

Ibid.

Oratio.

Deus Virginitatis amátor,
qui Beátam Mariam Mag-
dalenam Virginem , tuo amore
succensam , cælestibus donis de-
corásti : da, ut quàm festiua cele-
britate venerámur , puritate, &
charitate imitemur. Per Dóminum
nostrum.

Deinde fit commemoratio Sancti Urbani Papæ & Martyris.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus; vt, qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis sollemnia cõlimus, eius apud te intercessiõibus adiuuemur. Per Dominum nostrum.

lectio Epistolæ Beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed & supportate me. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Respondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.

Graduale. Spécie tua, & pulchritudine tua, intènde, prospère, procéde, & regna. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iusticiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Allelúia, allelúia.

Ps. Adducuntur Regi Virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Allelúia.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, & eius loco, dicitur: Allelúia, allelúia. *Ps.* Adducuntur Regi Virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia. Allelúia. *Ps.* Spécie tua, & pulchritudine tua, intènde, prospère procéde, & regna. Allelúia.

✠ Sequentia sancti Euangélii secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem Virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes Virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapiéntibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Respondérunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ Virgines dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

Offertorium. Fíliæ regum in honore tuo, astitit regina à dextris.

2. Co
rint.
10. d

Psal.
44.

Ibid.

Mat.
25.

Psal.
44.

tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

DEus, qui Beátam Mariam Magdalénā Virginem Spiritus sancti donis mirabiliter imbuisti; da, vt ipsa pro nobis intercedente, idem nobis huius sacrificij reuelet arcánum, & omnem referat veritatem. Per Dóminum nostrum.

Pro Sancto Urbano.

Secreta.

HÆc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta; & ad sacrificium celebrandum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctificet. Per Dóminum nostrum.

Matt. 25. *Commutatio.* **Q**uinq; prudentes Virgines acceperunt óleum in vasis suis cum lampadibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit exite óbuiam Christo Dómino.

Postcommunio.

Sumpimus, Dómine, sacri dona mystérij te humíliter deprecantes; vt, sicut in Beata Maria Magdaléna Virgine magnalia tua prædicamus, sic tuæ misericórdiæ largitatem, pijs eius præcibus consequamur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Pro Sancto Urbano.

Postcommunio.

Refecti participatióne muneris sacri quæsumus Dómine Deus noster: vt cuius ex-

quimur cultum intercedente Beato Urbano Mártire tuo atque Pontífice, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

FESTA IUNII

XIII. IUNII.

IN FESTO SANCTI ELI

Prophete

Intritus.

Requiēuit spíritus Eliæ super Eliséum, & venientes filij Prophetarum in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram. Psalm. Voce mea ad Dóminum clamáui: voce mea ad Dóminum, & intēdit mihi. Gloria Patri.

4. Re.
2.

Psal.
76.

Oratio.

OMnípotēs sempitérne Deus, qui in electis Prophétis tuis mirabilis prædicaris: præsta quæsumus, vt sicut Eliæ spírítum in Prophéta tuo Eliseo compleuisti; ita in nobis Spírítus sancti grátiam ad virtutum ópera exercenda multiplicare digneris. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Beatí sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita viuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Eliás quidem in túrbine tectus est, & in Eliseo completus est spírítus eius:

Ecll.
48. b

in diebus suis non pertinuit principem, & potentia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in monte mirabilia operatus est.

Psal.
146.

Graduale. Sicut sagittæ in manu potentis; ita filij excursorum. *V.* Beatus vir, qui impléuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. *A.* Alleluia, alleluia.

4. Re.
2.

V. Sanatæ sunt aquæ usque in diem hanc, iuxta verbum Elisei, alleluia.

✠ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

Luce
4.

IN illo tempore: Dixit Iesus Phariseis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Eliseo Propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. *Credo.*

Offertorium. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Respondit Elias: Si videris me, quando tollat à te, erit tibi quod petisti.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes, vt eandem pro nobis Prophético interueniente suffragio & placatus accipias, & ad salutem nostram prouenire concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Communio. Tregit cadauer ossa Elisei, & reuixit homo, & stetit super pedes suos, alleluia.

Postcommunio.

Purificet nos semper tui perceptio sacramenti: & intercessione beati Elisei Prophetae tui mereamur gaudijs caelestibus abundare. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Intraoctauam sancti Elisei, & in eius die Octaua fit idem Officium, quod in die festi, cum Credo.

Et Intraoctauam post Orationem dei, dicitur secunda Oratio de beata Maria. Concede nos. Tertia, Ecclesiae, vel pro Papa, vt in fine Missarum huius libelli.

XV. IUNII.

In festo Sancti Basilij Episcopi & Confessoris. Missa vt in Missali.

fali, cum commemorat. Octauæ
Sancti Elisei, & Sanctorum Vi-
ti, Modesti, atque Crescentia
Martyrum.

XVIII. IUNII.

Pro commemoratione Ss. Mar-
ci & Marcelliani Martyrum.

Oratio.

Praesta quaesumus, omnipotens Deus; ut qui Sanctorum Martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus: à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur.

Secreta.

MVnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Marco & Marcelliano, per eadem nos placatus intende.

Postcommunio.

Salutaris tui, Domine, munere satiati, supplices exoramus: ut cuius latamur gustu, intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Marco & Marcelliano, renouemur effectu.

XIX. IUNII.

Pro commemoratione Ss. Gervasii & Protasii Martyrum.

Oratio.

Deus, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum Gervasii & Protasii solemnitate laetificas: concede propitius; ut quorum gaudemus me-

ritis, accendâmur exemplis.

Secreta.

Oblatis, quaesumus Domine, placare munibus: & intercedentibus Sanctis Martyribus tuis, à cunctis nos defende periculis.

Postcommunio.

Hæc nos communitio, Domine, purget à crimine; & intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Gervasio & Protasio, caelestis remedij faciat esse confortes.

XX. IUNII.

Pro commemoratione S. Siluestri Papæ & Martyris.

Oratio.

Infirmiâtem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriae actionis grauat, beati Siluestri Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, beati Siluestri Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri quaesumus Domine Deus noster: ut cuius exequimur cultum intercedente beato Siluestro Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum.

XXI. IVNII.

Octava Sancti Elisei, omnia vt
in eius festo.

FESTA IULII.

II. IVLII.

In festo Visitationis beatæ Ma-
riæ Virginis. Missa : *Salve sancta
parens*, vt in Missali, & sit com-
memoratio Ss. Procepsi & Marti-
niani Martyrum in Missis priua-
tis tantum, sed non Octauæ Apo-
stolorum.

III. IVLII.

De Octava Ss. Petri & Pauli.
Secunda Oratio de Octava Visita-
tionis. Tertia, *Ecclesiæ*, dicitur
Præfatio de Apostolis.

III. IVLII.

De Octava Ss. Petri, & Pauli.
Secunda Oratio Visitationis. Ter-
tia, *Ecclesiæ*.

V. IVLII.

De Octava Ss. Petri & Pauli.
Secunda Oratio de Octava Visita-
tionis. Tertia, *Ecclesiæ*.

VI. IVLII.

Octava Ss. Petri & Pauli. Mis-
sa propria vt in Missali. Secunda
Oratio de Octava Visitationis.

VII. IVLII.

De Octava Visitationis. Mis-
sa vt in festo. Sed secunda Ora-
tio de Spiritu sancto. Tertia, *Ecclesiæ*,
vel pro Papa. Præfatio de
Visitatione.

VIII. IVLII.

In festo Sanctæ Elisabeth Viduæ.
Missa vt in Missali. Secunda Oratio
de Octava Apostolorum. Ter-
tia Visitationis, & dicitur Credo.

IX. IVLII.

Octava Visitationis beatæ Ma-
riæ Virginis. Omnia vt in eius fe-
sto, sine commemoratione.



DIE XVI. IULII.

IN COMMEMORATIONE

S O L E M N I

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ

DE MONTE CARMELO.

Introitus.

Audeâmus omnes in
Dómino, diem fe-
stum celebrâtes sub
honore beâtæ Mariæ
Virginis: de cuius solemnitate gâu-
dent Angeli, & collaudant Fílium
Dei. *Psalm.* Fructâuit cor meum
verbum bonum: dico ego ópera
mea Regi. *¶* Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui Beatíssimæ sem-
per Virginis & Genitricis
tuæ Mariæ singulâri título Car-
meli Ordinem decorásti: concê-
de propítius; vt cuius hódie com-
memoratióem solénni celebra-
mus officio, eius muníti præsi-
dijs ad gâudia sempiterna perue-
nire mereámur. Qui viuís & reg-
nas.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Ego quasi vitis fructificáui
suauitatem odóris: & flo-
res mei fructus honóris & hone-
statis. Ego mater pulchræ dile-

ctiõnis, & timóris, & agnitõnis,
& sanctæ spei. In me grátia om-
nis viæ & veritátis, in me omnis
spes vitæ & virtútis. Transíte ad
mē omnes qui concupiscitis me,
& à generatiõibus meis implē-
mini: Spíritus enim meus super
mel dulcis, & hereditas mea su-
per mel & fauum. Memória mea
in generatiões sæculórum. Qui
edunt me, adhuc esúrient: & qui
bibunt me, adhuc sitient: Qui au-
dit me, non confundetur: & qui
operántur in me, non peccábunt.
Qui elícitant me, vitam æter-
nam habébunt.

Graduale. Benedícta & vene-
rábilis es virgo María: quæ sine
tactu pudóris inuenta es mater
Saluatóris. *¶* Virgo Dei genitrix,
quem totus non capit orbis, in tua
se clausit víscera, factus homo.
Allelúia, allelúia. *¶* Felix es sa-
cra Virgo María, & omni laude
digníssima: quia ex te ortus est sol
iustitiæ. Allelúia,

✠ Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Ioánnem.

Ioan.
19. c.

IN illo tempore: Stabant iuxta
crucem Iesu mater eius, & so-
ror matris eius, Maria Clêophæ, &
Maria Magdalêne. Cùm vidisset er-
go Iesus matrem, & discipulum
stantem, quem diligébat, dicit ma-
tri suæ: Múlier: Ecce filius tuus.
Deinde dicit discipulo: Ecce ma-
ter tua. Et ex illa hora accépit eam
discipulus in sua. Credo.

Pf. 1.
44.

Offertorium. Adducéntur Regi
vírgines post eam: próximæ eius
afferéntur tibi in lætítia & exul-
tatióne, allelúia.

Secreta.

Sanctífica, Dómine, quæsu-
mus, oblâta sacrificia; & Beá-
tæ Dei Genitrícis Mariæ gloriósa
intercessiône nobis salutária fore
concéde. Per eúndem Dóminum
nostrum.

Prefatio de Beata Maria. Et te
in Commemoriatióne.

Communio. Beata viscera Ma-
riæ vírginis, quæ portauerunt
ætérni Patris Fílium, allelúia.

Postcommunio.

Adiuet nos, quæsumus Dó-
mine, gloriósa tuæ Geni-
trícis sempérque Vírginis Mariæ
intercessiô veneránda: vt quos
perpétuis cumulauit beneficijs, à
cunctis periculis absolútos tua fá-
ciat pietate concórdes. Qui vi-
uis, & regnas.

Infraoctauam Commemora-
tionis solemnis Beatissime Virgi-
nis Mariæ de Monte Carmelo,
dicitur Missa sicut in die festi: se-
cunda Oratio de Spiritu sancto.
Tercia, Ecclesiæ, vel pro Papa. &
dicitur Credo.

XVII. IULII.

In festo Triumphu Sanctæ Cru-
cis. Missa vt in Sanctis Hispano-
rum cum commemorat. Octaua
Beate Virginis, & Sancti Alexij
Confess. nisi die sequenti fiat de eo.

XVIII. IULII.

Si celebretur de Sancto Alexio
Confess. Missa vt in Missali, cum
commemorat. Beate Virginis, &
Sanctæ Symphorose cum Septem
filijs Martyr. Oratio.

DEus, qui nos concédis San-
ctórum Mátyrum tuórum
Symphorose & filiórum eius, na-
talítia cólere: da nobis in æterna
beatitúdine de eórum societate
gaudére. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

MVnera tibi, Dómine, no-
stræ deuotiônis offerimus,
quæ & pro tuórum tibi grata sint
honóre iustórum, & nobis salutá-
ria, te miserante reddántur. Per Dó-
minum nostrum.

Oratio.

PRæsta nobis, quæsumus Dó-
mine, intercedéntibus san-
ctis Mátyribus tuis Symphorosa

& filijs eius, ut quæ ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

XX. IV LII.

IN FESTO S. ELIÆ PRO-
phete patris nostri.

Introitus.

Mar.
1-

Ecce ego mittā vobis Eliam
Prophétam, antequam vé-
niat dies Dómini magnus,
& horribilis. Et conuertet cor pa-
trum ad filios, & cor filiõrum ad
patres eõrum. Psalm. Deus mise-
reatur nostri, & benedicat nobis:
illuminet vultum suum super nos,
& misereatur nostri. V. Glória Pa-
tri.

psal.
66.

Oratio.

Præsta quæsumus, omnipo-
tens Deus, ut qui beátum Pa-
trem nostrum Eliam Prophétam
tuum igneo curru mirabiliter ele-
uatum esse credimus: eodem in-
terueniente ad cælestia subleuē-
mur, & Sanctorum tuorum con-
sortio gaudeámus. Per Dóminum
nostrum.

Nulla fit commemoratio, etiam
in Missis priuatis.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Ecc.
48.

Surrexit Elias Prophéta, quasi
facula ardébat. Qui induxit in il-
los famem, & irritantes illum inui-
dia sua pauci facti sunt. Non enim
póterant sustinere præcepta Dómi-
ni. Verbo Dómini continuit cælum,
& deiéxit de cælo ignem ter.

Sic amplificátus est Eliás in mira-
bilibus suis. Et quis potest similiter
sic gloriári tibi? Qui sustulisti mór-
tuum ab ínferis de sorte mortis in
verbo Dómini Dei. Qui deiécisti
reges ad perníciam, & confregisti
facile poténtiam ipsõrum, & glo-
riõsos de lecto suo. Qui audis in Si-
na iudícium, & in Horeb iudícia
defensiónis. Qui vngis reges ad
pœniténtiam, & prophétas facis
succesõres post te. Qui recéptus
es in turbine ignis, in curru equõ-
rum igneõrum. Qui scriptus es in
iudicijs tẽporum lenire iracún-
diam Dómini: conciliãre cor pa-
tris ad filium, & restituere tribus
Iacob.

Graduale. Propè est Dóminus
õmnibus inuocántibus eum: óm-
nibus inuocántibus eum in veri-
tate. V. Voluntatem timéntium
se faciet, & deprecationem eõ-
rum exaudiet: & saluos faciet eos.
Allelúia, allelúia. V. Dómine Deus
ostende hódie quia tu es Deus Is-
raël, & ego seruus tuus. Et ceci-
dit ignis Dómini, & vorauit holo-
caustum. Allelúia.

psal.
144.

✠ Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Lucam.

In illo tẽpore: Assumpsit Iesus
Petrum, & Iacõbum, & Ioãn-
nem, & ascéndit in montem vt
orâret. Et facta est, dum orâret, spẽ-
cies vultus eius áltera: & vestitus
eius albus & resúlgens. Et ecce duo
viri loquebántur cum illo. Erant

3. Re.
18.

Lucæ
9-

autem Mōyses, & Elías uisi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem complecturus erat in Ierúsalem. Petrus uerò, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Mōysi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: & dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ uiderant. Credo.

Iac. Offertorium. Elías homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex, & rursus orauit; & cælum dedit pluiam, & terra dedit fructum suum, allelúia.

Secreta.

Offerimus tibi, Dōmine, hostiam laudis in honorem Sancti Patris nostri Eliæ Prophætæ tui: & sicut tu holocausto illius adfuisti, ita sacrificium nostrum acceptare digneris: ut per illum ad æternam peruenire mereamur læ-

titiam. Per Dōminum nostrum.

Communio. Comedit Elías, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei, allelúia.

Postcommunio.

Deus, qui per Sanctum Angelum beato Patri nostro Eliæ Prophætæ tuo cibum & potum tribuisti: ipso interueniente concede, ut quæ de cælesti mensa percipimus, sinceris mentibus illibata seruemus. Per Dñm nostrum.

XXI. IULII.

De Octaua Commemorationis Beatæ Mariæ, ut in eius festo, cum commemorat. Octau. S. P. N. Eliæ, & S. Præcedis Virginis.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Præcedis Virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dōminum nostrum.

Secreta.

Accepta tibi sit, Dōmine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorum honore Sanctōrum; quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dōminum nostrum.

Postcommunio.

Satiasti, Dōmine, familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refouere, cuius solèmnia celebramus. Per Dōminum nostrum.

XXII. IV LII.

In festo Sanctæ Mariæ Magdalænæ. Missa vt in Missali, cum commemorat. Octauar. Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & S. P. N. Eliæ, vt in eorum festis.

XXIII. IV LII.

Octaua Commemorat. Beatæ Virginis Mariæ. Missa vt in festo, cum commemorat. Oct. S. P. N. Eliæ.

XXIII. IV LII.

In festo Sancti Apollinaris Episcopi & Martyris. Missa vt in Missali, cum commemorat. Oct. S. P. N. Eliæ, Vigilia S. Iacobi Apost. & S. Christianæ Virginis & Martyr. & dicitur Credo. In fine legitur Euangel. Vigil. vt in Sanct. Hispan.

Si celebretur in Dominica festum S. Apollinaris, prima commemorat. erit Dominicæ. Secunda Octauæ & tertia Sanctæ Christianæ.

XXV. IV LII.

In festo Sancti Iacobi Apostoli, Hispaniarum Patroni. Missa vt in Missali, sine vlla commemorat.

XXVI. IV LII.

In festo S. Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis. Missa vt in Missali Romano, cum commemoratiõne Octauar. S. Iacobi Apost. & S. P. N. Eliæ, & dicitur Credo.

XXVII. IV LII.

Octaua Sancti Patris nostri Eliæ. Missa vt in festo, cum commemorat. Octauæ S. Iacobi, & S. Pantalconis Martyris.

Pro Sancto Iacobo.

Oratio.

Esto, Dómine, plebi tuæ sanctificátor & custos: vt beati Iacobi Apostoli tui munita præsidij, & conuersatiõne tibi placeat, & secúra mente deseruiat.

Pro Sancto Pantalcone.

Oratio

Praesta quæsumus, omnipotens Deus: vt intercedente beato Pantaleone Martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dóminum nostrum.

Pro Sancto Iacobo.

Secreta.

Oblatiõnes pópuli tui, quæsumus Dómine, beati Iacobi Apostoli passio beata conciliet: & quæ nostris non aptæ sunt méritis, fiant tibi placitæ eius deprecatione.

Pro Sancto Pantalcone.

Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo, Dómine, nostra deuotiõ: & eius nobis fiat supplicatiõne salutaris, pro cuius solemnitate defertur. Per Dóminum nostrum.

Pro Sancto Iacobo.

Postcommunio.

Beati Apóstoli tui Iacobi, quæsumus Dómine, intercessiõne nos ádiuua: pro cuius festiuitate percépimus tua sancta latantes.

Pro Sancto Pantaleone.

Postcommunio.

Refecti participatiõne muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: vt, cuius exequimur cultum, intercedente beato Pantaleone Mártire tuo, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

FESTA AUGUSTI.

VII. AVGVSTI.

IN FESTO SANCTI ALBERTI Confessoris.

Introitus.

Psal.
36.

Si iusti meditabitur sapiéntiam, & lingua eius loquétur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psal. Noli amulári in malignántibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ✽ Glória Patri.

Ibid.

Oratio.

Deus, qui beátum Albertum confessorum tuum, ad Sanctæ Genitricis tuæ Ordinem vocare dignatus es: tribue quæsumus, vt eius méritis & exemplis dignè tibi seruiámus, & æternis cum ipso bonis perfruámur. Qui viuís, & regnas.

In Missis priuatis fit commemoratio Sancti Donati Episcopi & Martyris.

Oratio.

Deus, tuorum glória sacerdotum: præsta quæsumus; vt Sancti Mártiris tui & Episcopi Donati, cuius festa gerimus. sentiámus auxiliúm. Per Dóminum nostrum.

Lectio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Charissime, Est quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intúlimus in hunc mundum: haud dúbium quòd nec auferre quid póssumus. Habentes autem aliménta, & quibus tegámur, his contentifumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentatiõnem, & in láqueum diaboli, & desidéria multa inutília, & nociua, quæ mergunt hómines in interitum, & perditionem. Radix enim ómnium malórum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se dolóribus multis. Tu autem ò homo Dei hæc fuge; sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam.

Graduale. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dómini.

✽ Ad annuntiandum manè mi-

2. Ti.
mot.
6.Psal.
91.

fericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Allelúia, allelúia. ^{iac.} Beátus vir, qui súffert tentationem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, allelúia.

✠ Sequéntia sancti Euangélij secundum Matthæum.

^{Mat.} ^{19. d.} **I**n illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus ómnia & secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos, qui secúti estis me, in regeneratióne cum séderit filius hóminis in sede maiestatis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Israël. Et ómnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut vxórem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. Credo.

^{psal.} ^{108.} **O**rdinatum. Veritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi, quæsumus Dómine, beáti Albéti confessoris tui dicátas méritis, benignus assúme: & ad perpétuum nobis tribue' provenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

Pro Sancto Donato.

Secreta.

Præsta quæsumus, Dómine: vt Sancti Mártiris tui &

Epíscopi Donáti intercessióne, quem ad láudem nóminis tui dicátis munéribus honorámus, piæ nobis fructus deuotiónis accréscat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Communio. Beátus seruus, quem cum vénerit Dóminus, inuenerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. ^{Mat.} ^{24.}

Postcommunio.

Deus, qui Filium tuum, vt dignem mitteret, in terram venire fecísti: concéde propítius, eo nos veheménter accénderi, qui beátum Albérum confessorum tuum ad tibi seruiéndum iúgiter inflammáuit. Per eúndem Dóminum nostrum.

Pro Sancto Donato.

Postcommunio.

OMnípotens, & miséricors Deus, qui nos sacramentórum tuórum & participes éfficis, & ministros: præsta quæsumus; vt intercedénte beáto Donáto Mártire tuo, atque Pontifice, eúsdem proficiámus & fidei consórtio, & digno seruitio. Per Dóminum nostrum.

VIII. AVGVSTI.

In festo Ss. Cyriaci, Iargi, & Smaragdi Martyrum. Missa vt in Missali. secunda Oratio de Octau. Sancti Albéti, tertia de Sancta Maria. **Concéde nos.**

IX. AVGVSTI.

In Vigilia Sancti Laurentij Martyr. Missa vt in Missali, secunda Oratio de Octau. Sancti Alberti, tertia de S. Romano Martyr. non dicitur **Gloria**, nec **Credo**.

X. AVGVSTI.

In festo Sancti Laurentij Martyr. Missa vt in Missali, sine commemoratione Octau. dicitur **Credo**, ratiōe Octau. Sancti Alberti, quod in sequentibus diebus obseruatur, in quibus Missa erit de Octau. S. Laurentij.

XI. AVGVSTI.

De Octaua Sancti Laurentij. Missa vt in eius festo, secunda Oratio de Octaua Sancti Alberti, tertia de Sanctis Martyribus Tiburtij, & Susanna Martyr.

XII. AVGVSTI.

In festo Sanctæ Claræ Virginis. Missa vt in Missali, secunda Oratio de Sancto Laurentio, tertia de Sancto Alberto.

XIII. AVGVSTI.

De Octaua Sancti Laurentij. Missa vt in eius festo, secunda Oratio de Sancto Alberto, vt supra, tertia de Sanctis Martyribus Hippolyro. & Cassiano.

XIII. AVGVSTI.

Octaua Sancti Alberti. Missa vt

in eius festo, secunda Oratio de Sancto Laurentio, tertia de Vigilia Assumptionis, quarta de Sancto Fulbio confessore. In fine legitur Euangelium Vigilia. Præatio communis, vt in Dominicis, & Feijs per annum.

XXXI. AVGVSTI.

In Dedicatione Ecclesiarum Ordinis nostri. Missa: **Terribilis est locus iste**, vt in Comuni Dedicationis Ecclesie.

Intraoctauam, & in die Octaua dicitur Missa vt in die, cum **Credo**, sed Intraoctauam, secunda Oratio erit de Beata Maria. **Concede**, tertia, **Ecclesie**, vel pro Papa.

FESTA SEPTEMBRIS.**I. SEPTEMBRIS.**

Missa de Octaua, cum commemorat. Sancti Ægidij Abbat. & Ss. Duodecim Fratrum. Martyr. vt in Missali.

II. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI BROCARDI Confessoris.

Introitus.

Quæstus iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psalm. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquita-

Psal.
16.

Ibid.

tem.

tem. * Glória Patri.

Oratio.

Sanctifica, Dómine, famulos tuos in veneratione beati Brocardi montis Carmeli incolae confessoris tui humiliter supplicantes: ut eius salutáribus patrocinijs; vita nostra inter aduersa vbique regatur. Per Dóminum nostrum.

Hic commemoratio Octauae Dedicacionis.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & factis semper mysterijs representas incólumes: exaudi preces populi tui, & praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse laetetur. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientiae.

Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria aeterna; qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dómino, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

Graduale. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani mul-

tiplicabitur in domo Dómini.

* Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. * Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, alleluia.

✠ Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore * Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs: ut, cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos, cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utriusque, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Credo.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Luc.

1.

Luc.

12.

Eccl.

31.

Psal.

88.

Psal.

91.

Secreta.

L Audis tibi, Dómine, hó-
stias immolâmus, in tuo-
rum commemoratióne Sancto-
rum: quibus nos & præsentibus
exui malis confidimus, & futuris.
Per Dóminum nostrum.

Pro Octaua Dedicatiónis.

- Secreta.

A Nnue, quæsumus Dómine,
præcibus nostris, vt qui-
cúmque intra templi huius, cuius
anniuersarium dedicatiónis diem
celebrâmus, ámbitum continé-
mur, plena tibi atque perfectâ
córporis & ánimæ deuotióne pla-
ceámus; vt dum hæc vota præ-
séntia réddimus, ad æterna præ-
mia, te adiuuante, peruenire me-
reámur. Per Dóminum nostrum
Iesum Christum.

Mat.
24.

Communió. E eátus seruus,
quem cum vénerit Dóminus, in-
uenerit vigilántem: amen dico
vobis, super ómnia bona sua con-
stituet eum.

Postcommunió.

R Efécití cibo potúque cælé-
sti, Deus noster, te súpplices
exorâmus; vt in cuius hæc com-
memoratióne percépimus, eius
muniámur & præcibus. Per Dó-
minum nostrum.

Pro Octaua Dedicatiónis.

Postcommunió.

D Eus, qui de viuis & eléctis
lapídibus ætérnum maie-
stati tuæ præparas habitáculum:

auxiliâre pópulo tuo supplicanti:
vt quod Ecclésiæ tuæ corporali-
bus próficit spátijs, spirituálibus
amplificétur augméntis. Per Dó-
minum nostrum.

Diebus III. IIII. V. & VI. Sep-
tembris.

De Infraoct. Dedicatiónis.

VII. SEPTEMBRIS.

Octaua Dedicatiónis Ecclesia-
rum, vt in die.

SEPTEMBER.

DIE DOMINICA INFRA-
octaua Natiuitatis Beatæ Vir-
ginis Mariæ.IN FESTO SANCTISSIMI
Nominis eiusdem Beatæ Ma-
riæ Virginis.

Introitus.



Vltum tuum deprecabún-
tur omnes diuites plebis:
adducéntur Regi Virgi-
nes post eam: próximæ eius addu-
céntur tibi in lætítia & exultatió-
ne. Psalm. E ructáuit cor meum
verbum bonum: dico ego ópera
mea Regi. ¶ Glória Patri.

Psal.
44

Ibid.

Oratio.

C Oncède, quæsumus omni-
potens Deus, vt fidéles tui,
qui sub Sanctíssimæ Virginis Ma-
riæ, Nomine & protectiÓne latán-
tur: eius pia intercessiÓne à cunctis
malis liberéntur in terris, & ad gáu-
dia æterna peruenire mereántur

in

in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et sic commemoratio Domine
meæ occurrentis.

Lectio libri Sapientia.

Eccle.
24.

Ego quasi vitis fructificáui
suauitatem odóris : & flo-
res mei fructus honóris & hone-
statis. Ego mater pulchræ dile-
ctiõnis, & timóris, & agnitiónis,
& sanctæ spei. In me grátia om-
nis viæ & veritatis, in me omnis
spes vitæ & virtútis. Transíte ad
me omnes qui concupiscitis me,
& à generatiõibus meis implé-
mini : Spíritus enim meus super
mel dulcis, & hereditas mea su-
per mel & fauum. Memória mea
in generatiões sæculórum. Qui
edunt me, adhuc esúrient : & qui
bibunt me, adhuc sitient : Qui au-
dit me, non confundétur : & qui
operántur in me, non peccábunt.
Qui elúcidant me, vitam ætér-
nam habébunt.

Graduale. Benedícta & vene-
rábilis es virgo Maria : quæ sine
tactu pudóris inuenta est mater
Saluatóris. V. Virgo Dei genitrix,
quem totus non capit orbis, in tua
se clausit víscera, factus homo.
Allelúia, allelúia. V. Post partum
virgo inuiolata permāsisti; Dei ge-
nitrix intercède pro nobis. Allelúia.

Post Septuagesimam, omisso
Allelúia, & sequenti, dicitur:

Tractus. Gaude María virgo,
cunctas hæreses sola interemisti.
Quæ Gabriélis Archàngeli di-

ctis credidisti. V. Dum Virgo
Deum, & hómínem genuisti : &
post partum Virgo inuiolata per-
mansisti. V. Dei genitrix intercède
de pro nobis.

Post Pascha, omisso Graduali,
& Tractus, dicitur:

Allelúia, allelúia. V. Virga Iesse
floruit: Virgo Deum, & hominem
genuit: pacem Deus reddidit, in se
reconcilians ima summis. Allelú-
ia. V. Ave María gratia plena: Dó-
minus tecum: benedícta tu in mu-
liéribus. Allelúia.

Num.
17.

Luca
1.

✠ Sequéntia sancti Euangélij
secúndum Lucam.

In illo tẽpore: Missus est An-
gelus Gábriel à Deo in Ciuitá-
tem Galilææ, cui nomen Náza-
reth, ad Vírginem desponsátam
viro, cui nomen erat Ioseph, de do-
mo Dauid: & nomen Vírginis Ma-
ría. Et ingressus Angelus ad eam,
dixit: Ave grátia plena, Dóminus
tecum: benedícta tu in muliéri-
bus. Quæ cum audisset turbáta est
in sermóne eius: & cogitábat qua-
lis esset ista salutatio. Et ait An-
gelus ei. Ne tímeas María: inuení-
sti enim grátiam apud Deum. Ecce
concipies in útero, & páries fi-
lium: & vocábis nomen eius Ie-
sum. Hic erit magnus: & Fílius
Altíssimi vocábitur. Et dabit il-
li Dóminus Deus sedem Dauid
patris eius: & regnabit in domo
Iacob in ætérnum: & regni eius
non erit finis. Dixit autem Ma-

Luca
1. c.

ria ad Angelum : Quomodo fiet istud : quóniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei : Spíritus sanctus superueniet in te : & virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elísbeth cognáta tua : & ipsa concépit filium in senectúte sua. Et hic mensis, sextus est illi, quæ vocátur stérilis : quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. **Credo.**

Ibid.

Offertorium. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: Benedícta tu in mulieribus, & benedíctus fructus ventris tui.

Secreta.

TVa, Dómine, propitiatióne, & beatæ Mariæ semper Virginis intercessióne, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Deinde altera Secreta Dominice occurrent.

Præfatio. Et te in Festiuitate.

Communio. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium.

Postcommunio.

Svmptis, Dómine, salutis nostræ subsidijs: da, quæsumus, Beatæ Mariæ semper Virginis pa-

tracinijs nos vbique prótegi; in cuius veneratióne, hæc tuæ obtulimus maiestati. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Deinde altera Postcommun. de Dominica occurrent.

In fine Missæ legitur Euangelium Dominicæ.

Idem Officium, quod in die festi Nominis Beatæ Virginis Mariæ, fiet quatuor alijs diebus in anno (sed semel tantum in eodem mense) sub eadem solemnitate, cum Credo, mutatis mutandis.

Vt declarauit Sacra Rituum Congregatio. 9. Iulij 1668. etiam in Aduentu, & Quadragesima.

XXIII. SEPTEMBRIS.

IN FESTO SANCTI GERARDI EPISCOPI & MARTYRIS.

Introitus.

STátuit ei Dóminus testamentum pacis, & principem fecit eum : vt fit illi sacerdotij dignitas in ætérnum. **Psalm.** Meménto Dómine Dauid, & omnis mansuetúdinis eius.

Ecl. 45.

Psalm. 131.

✠ Glória Patri.

Oratio.

Sacrátum tibi, Dómine diem offerimus, quo beatum Gerardum à vértice montis præcipitem dederunt tui nóminis hostes : suppliciter tuam clementiam exorántes : vt cuius solémnia cólimus, veneránda eius pás-

fio nobis proficiat ad medelam.
Per Dóminum nostrum Iesum
Christum.

Lectio Epístolæ Beáti Iacóbi
Apóstoli.

Charíssimi, Beátus vir, qui
suffert tentationem: quóniam,
cum probátus fúerit, accípiet
corónam vitæ, quam repro-
mísit Deus diligentibus se. Nemo
cum tentátur, dicat quóniam à
Deo tentátur: Deus enim inten-
tátor malórum est: ipse autem né-
minem tentat. Vnusquisque verò
tentátur à concupiscéntia sua ab-
stractus, & illéctus. Deinde concu-
piscéntia cum concéperit, parit
peccátum: peccátum verò cum
consummátum fúerit, generat
mortem. Nolite itaque errare fra-
tres mei dilectíssimi. Omne datum
óptimum, & omne donum perfe-
ctum, defúrsus est; descendens à
Patre lúminum, apud quem non
est transmutatio, nec vicissitúdinis
obumbratio. Voluntáriè enim gé-
nuit nos verbo veritatis, vt simus
iníitium áliquod creatúræ eius.

Graduale. Inuéní Dauid fer-
uum meum, ólco sancto meo vn-
xi eum: manus enim mea auxi-
liábitur ei, & bráchium meum
confortábit eum. *¶* Nihil profi-
ciet inimicus in eo, & filius iní-
quitatis non nocébit ei. Allelúia,
allelúia. *¶* Tu es facérdos in aetér-
num, secúndum órđinem Melchí-
sedech, allelúia.

✠ Sequéntia sancti Euangélii
secúndum Matthæum.

In illo tēpore: Dixit Iesus
discípulis suis: Si quis vult
post me venire, abneget seme-
típsum, & tollat crucem suam,
& sequatur me. Qui enim vo-
luerit animam suam saluam fá-
cere, perdet eam. Qui autem per-
diderit animam suam propter me,
inueniet eam. Quid enim pro-
dest hómini, si mundum vniuer-
sum lucrétur, animæ verò suæ
detrímētum patiátur? Aut quam
dabit homo commutatióem
pro anima sua? Filius enim hó-
minis ventúrus est in glória Pa-
tris sui cum Angelis suis: & tunc
reddet vnicuique secúndum ópe-
ra eius.

Offertorium. Veritas mea, &
misericórdia mea cum ipso: & in
nómine meo exaltábitur cornu
eius.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beáti
Gerárdi Mártiris tui at-
que Pontíficis dicátas méritis, be-
nignus asúme: & ad perpétuum
nobis tribue prouenire subsidiúm.
Per Dóminum nostrum.

Communio. Semel iuráui in
sancto meo: semen eius in aetér-
num manébit: & sedes eius sicut
sol in conspéctu meo, & sicut lu-
na perfecta in aetérnum: & testis
in caelo fidélis.

Post.

Postcommunio.

R Efēcti participatiōe mūneris sacri, quāsumus Dōmīne Deus noster: vt cuius exequimur cultum intercedēte beāto Gerādo Mārtire tuo atque Pontifice, sentiāmus effectum. Per Dōminum nostrum.

XXIX. SEPTEMBRIS.

In Dedicatiōe Sancti Michāelis Archangeli. Missa: Benedicite Dōminum, vt in Missali.

Infraoctauam, & in die Octaua resumitur eadem Missa. Sed Infraoctauam, secunda Oratio de Beata Virgine, Concēde nos: tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa, & dicitur Credo.

XXX. SEPTEMBRIS.

In festo Sancti Hieronymi Presbyteri, & Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. Missa vt in Missali, cum commemoratiōe Octauæ Dedicatiōis Sancti Michāelis.

FESTA OCTOBRIS.

I. OCTOBRIS.

Missa de Octaua: secunda Oratio Sancti Remigij Episcopi & Confessoris: tertia de Beata Virgine. Concēde nos.

Si celebretur de Sancto Remigio, dicatur eius Missa vt in Missali: secunda Oratio Octauæ S. Michaelis: tertia de Beata Virgine.

II. OCTOBRIS.

In festo Sanctorum Angelorum Custodum. Missa vt in Missali, & commemorat. Octauæ S. Michaelis.

Vbi celebratur altero mense ex concessiōe Apostolica, de Ss. Angelis Custodibus, dicatur hodie Missa de Octauæ S. Michaelis, cum secunda Oratione Beate Virginis; & tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa.

III. OCTOBRIS.

In festo Sancti Francisci Confessoris. Missa vt in Missali, cum commemorat. Octauæ, & dicitur Credo.

V. OCTOBRIS.

Missa de Octaua: secunda Oratio Ss. Placidi, & Sociorum Martyrum: tertia de Beata Maria, Concēde nos.

VI. OCTOBRIS.

Octaua Sancti Michaelis Archangeli. Missa vt in eius festo.

XV. OCTOBRIS.
 INFESTO
 S. TERESIAE
 VIRGINIS, MATRIS NOSTRAE.

Introitus.

Pfal.
44.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducuntur regi virgines post eam: proxima eius adducuntur tibi in letitia, & exultatione. Psalm. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. V. Gloria Patri.

Pfal.
41.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt, sicut de beata Teresia Virginitate tuae, & Matris nostrae, festiuitate gaudemus: ita caelestis eius doctrinae pabulo nutriamur, & pia deuotione erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2. Co
rinc.
10. d

Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat. Vtinam sustineretis modicum, quid insipientiae meae, sed & supportate me. Aemulor enim

Cap.
11.

vos Dei emulatione. Respondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

Graduale. Concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. V. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Alleluia, alleluia. V. Haec est virgo sapiens, & vna de numero prudentum, alleluia.

Pfal.
44.

Post Septuagesimam, omittitur Alleluia, & v. sequenti, dicitur:

Tractus. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupiuit Rex speciem tuam. V. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiae regum in honore tuo. V. Adducuntur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. V. Afferentur in letitia, & exultatione: adducuntur in templum Regis.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, & eius loco, dicitur. Alleluia, alleluia. V. Haec est virgo sapiens, & vna de numero prudentum, alleluia. V. O quam pulchra

est

est casta generatio cum claritate!
alleluia.

✠ Sequentia sancti Euangelij
secundum Matthæum.

Mat.
23.

In illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis, parabolam
hanc: Simile erit regnum celo-
rum decem virginibus: quæ acci-
pientes lampades suas, exierunt
obuiam sponso & sponsæ. Quin-
que autem ex eis erant fatuæ, &
quinque prudentes: sed quinque
fatuæ, acceptis lampadibus, non
sumpserunt oleum secum, pru-
dentes verò acceperunt oleum in
vasis suis cum lampadibus. Moram
autem faciente sponso, dormita-
uerunt omnes & dormierunt. Mé-
dia autem nocte clamor factus
est: Ecce sponsus venit, exite ob-
uiam ei. Tunc surrexerunt omnes
virgines illæ, & ornauerunt lám-
pades suas. Fatuæ autem sapien-
tibus dixerunt: Date nobis de oleo
vestro: quia lampades nostræ ex-
tinguuntur. Responderunt pruden-
tes, dicentes: Ne fortè non sufficiat
nobis & vobis, ite potius ad ven-
dentes & emite vobis. Dum autem
irent emere, venit sponso, & quæ
paratæ erant, intrauerunt cum eo
ad nuptias, & clausa est ianua. No-
uissimè verò veniunt & reliquæ
virgines, dicentes: Dómine, Dó-
mine, áperi nobis. At ille respon-
dens, ait: Amen dico vobis, nescio
vos. Vigilate itaque, quia nescitis
diem, neque horam. Credo.

Offertorium. Afferentur regi
virgines post eam; proxima eius
afferentur tibi in latitia & exul-
tatione: adducentur in templum
regi Dómino.

Secreta.

Ad sint, Dómine Deus, obla-
tionibus nostris sanctæ vir-
ginis tuæ Teresiæ. Matris nostræ
benigna suffragia: vt sacrosancta
mysteria, in quibus omnis sancti-
tatis fontem constituisti, nos quo-
que in veritate sanctificent. Per
Dóminum nostrum.

Communio. Simile est reg-
num celorum hómini negotiató-
ri quærenti bonas margaritas: in-
uenta autem vna pretiosa marga-
rita, dedit omnia sua, & compa-
rauit eam.

Postcommunio.

Laudis hostia, Dómine, quam
pro Sancta tua Virgine Te-
resiá Matre nostra, grátias agen-
tes obtulimus, ad perpétuam nos
Maiestatis tuæ laudationem, eius
intercessione perducat. Per Dó-
minum nostrum.

Infraoctauam Sanctæ Teresiæ,
& in ipso die Octauæ fit idem
Officium, quod in die.

Sed Infraoctauam post Ora-
tionem diei dicitur secunda Ora-
tio de Sancta Maria, Concède
nos, tertia, E celsiæ tuæ, vel pro
Papa, vt infra in fine Missæ un-
de dicitur Credo.

XVIII. OCTOBRIS.

In festo Sancti Lucæ Euange-
listæ. Missa vt in Missali, sine com-
memoratione Octauæ S. M. N. Te-
resæ.

XIX. OCTOBRIS.


In festo Sancti Petri de Alcan-
tara confessoris. Missa: Iustus vt
palma. de Comuni Confess. non
Pontif. cum Oratione propria: se-
cunda Oratio de Octau. S. M. N.
Teresæ. tertia de B. Maria, C on-
cede nos.

XXI. OCTOBRIS.

IN FESTO SANCTI HI-
lariõnis Abbatis.

Introitus.

Psal.
36.

 Iusti meditabuntur sapien-
tiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium: lex

Ibid.

Dei eius in corde ipsius. Psal. N o-
li æmulari in malignantibus: ne-
que zelaueris facientes iniquita-
tem. ✠ Glória Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ
Deus, qui meritis beati
Hilariõnis confessoris tui semper
es, & ubique mirabilis: quæsu-
mus clementiam tuam; vt sicut
ei eminentem glóriam contulisti,
sic ad consequendam miseri-
córdiam tuam mereamur eius
præcibus adiuuari. Per Dóminum
nostrum.

Pro Octaua S. Teresæ M. N.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutáris
noster: vt, sicut de beatæ
Teresæ Virginitate tua, & Matris
nostræ, festiuitate gaudemus, ita
cælestis eius doctrinæ pábulo nu-
triamur, & piæ deuotiõnis erudiámur
affectu.

Pro commemoratione Sancta-
rum Virgulæ & Sociarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Dó-
mine Deus noster, Sancta-
rum Virginum & Mátyrum tuá-
rum, Virgulæ & Sociarum eius, pal-
mas incessabili deuotiõne vene-
rari: vt quas digna mente non
póssumus celebrare, humilibus
saltem frequentemus obsequijs.
Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

Dilectus Deo & homini-
bus, cuius memória in be-
nedictiõne est. Similem illum fe-
cit in glória sanctorum, & mag-
nificauit eum in timore inimico-
rum, & in verbis suis monstra-
placauit. Glorificauit illum inconf-
pectu regum, & iussit illi coram
pópulo suo, & ostendit illi gló-
riam suam. In fide & lenitate ip-
sius sanctum fecit illum, & elegit
eum ex omni carne. Audiuit enim
eum, & vocem ipsius, & indú-
xit illum in nubem. Et dedit illi
coram præcepta, & legem vitæ
& disciplinæ.

Eccl.
45.

Pfal.
20.

Graduale. Dómine, præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. *ps.* Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. A Ielúia, allelúia. *ps.* Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, allelúia.

Pfal.
21.

✠ Sequentia sancti Euangélj secundum Matthæum.

Mat.
19. d

In illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Credo.

Pfal.
20.

Offertorium. Desiderium animæ eius tribuisti ei Dómine, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Secreta.

Sacris altaribus, Dómine, hostias superpositas Sanctus Hilarión Abbas, quæsumus, in salutem nobis prouenire depóscat. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Teresía M. N.

Secreta.

Adsint, Dómine, Deus, oblationibus nostris sanctæ Virginitatis tuæ Teresíæ Matris nostræ benigna suffragia: ut sacrosancta mysteria, in quibus omnis sanctitatis fontem constituisti, nos quoque in veritate sanctificent. Per Dóminum nostrum.

Pro commemoratione Sanctarum Ursulæ, & Sociarum.

Secreta.

Intende, quæsumus Dómine, múnera altaribus tuis pro Sanctarum Virginitatis & Martyrum tuarum Ursulæ & Sociarum eius, festiuitate propóstita; ut, sicut per hæc beata mysteria illis glóriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiáris. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Communio. Fædélis seruus, & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Lucæ
12. 6

Postcommunio.

Próteget nos, Dómine, cum tui perceptione sacramenti beatus Hilarión Abbas, pro nobis intercedendo: ut, & conuersationis eius experiámur insignia, & intercessiõnis percipiámus suffragia. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Teresía M. N.

Postcommunio.

Laudis hostia, Dómine, quam pro Sancta tua Virgine Te-

resía

resia Matre nostra, grátias ágentes obtúlimus, ad perpétuam nos Maiestátis tuæ laudatiónem, eius intercessiõe perdúcat. Per Dóminum nostrum.

Pro commemoratione Sanctarum Ursulae, & Sociarum.

Postcommunio.

Praesta nobis, quaesumus Dómine, intercedéntibus Sanctis Virgínibus, & Mátyribus tuis; vt, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

XXII. OCTOBRIS.

Octaua S. Matris nostrae Teresiae. Missa vt in eius festiuitate.

Per singulos menses fit Officium de S. M. N. Teresa, iuxta concess. Sac. Congregationis, & resumitur Missa ex eius festo, cum commemorationibus pro temporis diuersitate, dicitur Gloria, sine Credo.

XXX. OCTOBRIS.

IN FESTO SANCTI SERAPIONIS EPISCOPI & CONFESSORIS.

Introitus.

Státuit ei Dóminus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in aeternum.

Psalm. Memento Dómine Dauid, & ómnis mansuetúdinis eius.

Gloria Patri.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens Deus: vt, beati Serapionis confessoris tui, atque Pontificis veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis áugeat, & salutem. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientiae.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiae factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruauit legem Excelsi. Ideo iurciurando fecit illum Dóminus crescere in plebem suam. Benedictionem ómnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Agnouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram óculis Dómini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam glóriæ. Státuit illi testamentum aeternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in glória. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. A llelúia, allelúia. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, allelúia.

Ecll. 45.



Psal. 131.

Ecll. 45.

Psal. 109.

✠ Sequētia sancti Euangēlij
secundum Matthæum.

IN illo tempore : Dixit Iesus
discipulis suis , parabolam
hanc: Homo peregrè proficiscens,
vocauit seruos suos, & tradidit il-
lis bona sua. Et vni dedit quinque
talenta, alij autem duo, alij vero
vnum, vnicuique secundum pro-
priam virtutem, & profectus est
statim. Abijt autem qui quinque
talenta acceperat, & operatus est
in eis; & lucratus est alia quinque.
Similiter & qui duo acceperat,
lucratus est alia duo. Qui autem
vnum acceperat, abiens fodit in
terram, & abscondit pecuniam
domini sui. Post multum vero
temporis venit dominus seruorum
illorum, & posuit rationem cum
eis. Et accedens qui quinque ta-
lenta acceperat, obtulit alia quin-
que talenta, dicens: Domine, quin-
que talenta tradidisti mihi, ecce
alia quinque superlucratus sum.
Ait illi dominus eius : Euge ser-
ue bone, & fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, super multa
te constituam, intra in gaudium
domini tui. Accessit autem & qui
duo talenta acceperat, & ait: Dó-
mine, duo talenta tradidisti mihi,
ecce alia duo lucratus sum. Ait illi
dominus eius: Euge serue bone, &
fidelis, quia super pauca fuisti fi-
delis, super multa te constituam,
intra in gaudium domini tui.

Offertorium. Inuēni Dauid

seruum meum, oleo sancto inco-
vni eum: manus enim mea au-
xiliabitur ei, & brachium meum
confortabit eum.

Secreta.

SAncti tui, quæsumus Dómi-
ne, nos ubique lætificent: vt
dum eorum mérita recólimus,
patrocínia sentiámus. Per Dómi-
num nostrum.

Communio. Fidelis seruus, &
prudens, quem constituit Dómi-
nus super familiam suam: vt det
illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Praesta quæsumus, omnípo-
tens Deus: vt de percéptis
muneribus, grátias exhibentes
intercedente beato Serapione con-
fessore tuo, atque Pontífice, be-
neficia potióra sumámus. Per Dó-
minum nostrum.

FESTA NOVEMBRIS.

XIII. NOVEMBRIS.

IN FESTO OMNIUM

Sanctorum Ordinis Beatissimæ

Virginis Mariæ de Mon-
te Carmelo.

Institus.

Audeámus omnes in Dó-
mino, diem festum eele-
brantes sub honore San-
ctorum Carmelitarum: de quó-
rum solemnitate gaudent Ange-
li, & collaudant filium Dei.

Psalm. Exultate iusti in Dómino.

rectos decet collaudatio. *Ps.* Gló-
ria Patri.

Oratio.

OMnipotens, & misericors
Deus, qui nos omnium San-
ctorum Ordinis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ de Monte Carmelo
annua commemoratiõne lætifi-
cas: concède propitius, vt eorum
exemplis, & méritis, in iugi tuæ
legis meditatiõne, & perfectæ ab-
negatiõne tibi soli viuentes, ad
atærnæ vitæ felicitatem cum eis
peruenire valeamus. Per Dóni-
num nostrum.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apó-
stoli ad Corinthios.

2. Co
tint.
6.

FRatres, Exhibeamus nos me-
típsos sicut Dei ministros, in
multa patientia, in tribulatiõni-
bus, in necessitatibus, in angustijs,
in plagis, in carcéribus, in seditiõ-
nibus, in laboribus, in vigilijs, in
ieiunijs, in castitate, in scientia, in
longanimitate, in suauitate, in Spí-
ritu sancto, in charitate non ficta,
in verbo veritatis, in virtute Dei,
per arma iustitiæ à dextris, & à
sinistris, per glóriam & ignobili-
tatem, per infamiam, & bonam
famam: vt seductores, & veraces;
sicut, qui ignoti, & cogniti: quasi
moriētes, & ecce viuimus: vt ca-
stigati, & non mortificati: quasi
tristes, semper autem gaudētes:
sicut egētes, multos autem lo-
cupletantes: tamquam nihil ha-
bētes, & omnia possidētes.

Graduale. Timete Dóminum
omnes Sancti eius: quóniam nihil
deest timētibus eum. *Ps.* Inqui-
rētes autem Dóminum non de-
ficient omni bono. Allelúia, alle-
lúia. *Ps.* Venite ad me omnes qui
laboratis, & onerati estis, & ego
reficiam vos, allelúia.

Psal.
83.

✠ Sequētia sancti Euangélj
secūndum Matthæum.

Mat.
23.

IN illo tēpore: Dixit Petrus
ad Iesum: Ecce nos reliqui-
mus omnia, & secuti sumus te:
quid ergo erit nobis? Iesus autem
dixit illis: Amen dico vobis, quòd
vos, qui secuti estis me, in rege-
neratiõne cum sederit filius hó-
minis in sede maiestatis suæ, se-
debitis & vos super sedes duode-
cim, iudicantes duodecim tribus
Israël, & omnis qui reliquerit do-
mum, vel fratres, aut sorores, aut
patrem, aut matrem, aut vxó-
rem, aut filios, aut agros prop-
ter nomen meum: centuplum ac-
cipiet, & vitam atærnā possi-
debit. Credo.

Mat.
19. d

Offertorium. Iustorum animæ
in manu Dei sunt, & non tanget
illos tormentum mortis: visi sunt
oculis insipientium mori, illi au-
tem sunt in pace.

Sap.
31.

Segreta.

Hostias tibi, Dómine, San-
ctorum Ordinis Beatissi-
mæ Virginis Mariæ de Monte Car-
melo dicatas, méritis benignus as-
sume, & ad perpétuum nobis tri-

bue prouenire subsidium. Per D^ominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Mat.
5.

Communio. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.

Postcommunio.

Quæsumus, D^omine, salutaribus repleti mysterijs, vt Sanct^orum Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, quorum sollemnia celebramus, orationibus adiuuemur. Per D^ominum nostrum.

XXI. NOVEMBRIS.

In festo Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis. Missa: **Salve sancta parens**, vt in Missali.

Infraoctauam, & in ipso die Octauæ, dicitur Missa sicut in die festi: sed Infraoct. post Orationem diei dicitur secunda Oratio, **Deus, qui corda fidelium:** tertia, **Ecclesiæ**, vel pro Papa, & dicitur **Credo**.

XXII. NOVEMBRIS.

In festo Sanctæ Cæcilie Virginis & Martyris. Missa vt in Missali, cum commemor. Octauæ, & dicitur **Credo**.

XXIII. NOVEMBRIS.

In festo Sancti Clementis Papæ & Martyr. Missa vt in Missali, cum commemor. Octau. & S. Felicitatis Martyr. & dicitur **Credo**.

XXIII. NOVEMBRIS.

Missa de Octau. secunda Oratio de Sancto Chrysgone Martyre: tertia de Spiritu sancto.

XXV. NOVEMBRIS.

In festo S. Catharinæ Virginis & Martyr. Missa vt in Missali, cum commemorat. Octau. & dicitur **Credo**.

XXVI. NOVEMBRIS.

Missa de Octaua; secunda Oratio de Sancto Petro Alexandrino Episcopo & Martyre: tertia de Spiritu sancto.

XXVIII. NOVEMBRIS.

In Octaua Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis. Missa vt in eius festo.

FESTA DECEMBRIS.

VIII. DECEMBRIS.

In festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. Missa vt in Missali, etiam si occurrat in Dominica.

Infraoctauam, secunda Oratio de Feria Adventus: tertia de Spiritu sancto; & dicitur **Credo**.

IX. DECEMBRIS.

In festo Sanctæ Leocadiæ Vir-
ginis & Martyris. Missa vt in San-
ctis Hispaniæ, cum commemo-
rat. Octauæ, & Feriæ; & dicitur
Credo.

Vb: non celebratur de S. Leo-
cadiæ, dicatur Missa de Octaua
Conceptionis, cum secunda Ora-
tione de Feriæ; & tertia de Spiritu
sancto.

X. DECEMBRIS.

Missa de Octaua: secunda Ora-
tio de Feriæ: tertia de S. Melchiaz-
de Papa & Martyre.

XI. DECEMBRIS.

In festo Sancti Damasi Papæ &
Confessoris. Missa vt in Missali,
cum commemorat. Octauæ, &
Feriæ, & dicitur Credo.

XIII. DECEMBRIS.

In festo Sanctæ Lucie Virgi-
nis & Martyris. Missa vt in Missa-
li: secunda Oratio de Octauæ, ter-
tia de Fer. & dicitur Credo.

XIII. DECEMBRIS.

IN FESTO BEATI IOAN-
NIS à Cruce Confessoris &
Patris nostri.

Introitus.



Si iusti meditabitur sapien-
tiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium: lex

Psal.
36.

Ibid.

Dei eius in corde ipsius. Psal. N o-

li amulari in malignantibus: ne-
que zelaueris facientes iniquita-
tem. V. Gloria Patri.

Oratio.

DEus, qui beatum Ioannem
Confessorem tuum & Pa-
trem nostrum perfectæ sui abne-
gationis & Crucis amatorem exi-
mum effecisti: concede, vt eius
imitationi iugiter inhaerentes, glô-
riam assequamur æternam. Per
Dominum nostrum.

In hi commemor. Fer. tantum.

lectio libri Sapiëntiæ.

BEatus vir, qui inuentus est ^{Eccl.}
sine macula, & qui post au- ^{31.}
rum non abiit, nec sperauit in pe-
cunia & thesauris. Quis est hic,
& laudabimus eum? fecit enim
mirabilia in vita sua. Qui proba-
tus est in illo, & perfectus est, erit
illi gloria æterna: qui potuit
transgredi; & non est transgrê-
sus: facere mala, & non fecit: ideo
stabilita sunt bona illius in Dômi-
no: & eleëmofynas illius enarrâ-
bit omnis Ecclesia sanctorum.

Graduale. Iustus vt palma flo-
rebit, sicut cedrus Libani mul-
tiplicabitur in domo Dômini.

V. Ad annuntiandum mane mi-
sericordiam tuam, & veritatem
tuam per noctem. Allelûia, alle-
lûia. V. Beatus vir, qui suffert ten-
tationem: quoniam cum pro-
batus fuerit, accipiet coronam
vitæ, allelûia.

Psal.
91.

Iac.
1.

✠ Sequentia sancti Euangelij
secundum Lucam.

Lucz
12. c

IN illo tempore : Dixit Iesus
discipulis suis : Sint lumbi ves-
tri praecincti , & lucernae arden-
tes in manibus vestris , & vos si-
miles hominibus expectantibus
Dominum suum quando reuer-
tatur a nuptijs : vt , cum venerit ,
& pulsauerit , confestim aperiant
ei . Beati serui illi , quos , cum ve-
nerit dominus , inuenerit vigilan-
tes : amen dico vobis , quod praec-
inget se , & faciet illos discum-
bere , & transiens ministrabit illis .
Et si venerit in secunda vigilia ,
& si in tertia vigilia venerit , &
ita inuenerit , beati sunt serui illi .
Hoc autem scitote , quoniam si
sciret pater familias , qua hora fur
veniret , vigilaret utique , & non
sineret perfodi domum suam . Et
vos estote parati : quia qua hora
non putatis , filius hominis veniet .
Credo.

Psal.
88.

Offertorium. Veritas mea , &
misericordia mea cum ipso : & in
nomine meo exaltabitur cornu
eius .

Secreta.

LAudis tibi ; Domine , ho-
stias immolamus in tuorum
commemoratione Sanctorum :
quibus nos & praesentibus exui-
malis confidimus , & futuris . Per
Dominum nostrum .

Ibid.

Communio. Beatus seruus ,
quem , cum venerit dominus , in-

uenerit vigilantem : amen dico
vobis , super omnia bona sua con-
stituet eum .

Postcommunio.

Refecti cibopotuque cale-
sti , Deus noster , te sup-
plices exoramus : vt in cuius haec
commemoratione percipimus ,
eius muniamur , & precibus . Per
Dominum nostrum Iesum Chri-
stum Filium tuum .

XV. DECEMBRIS.

Octaua Conceptionis Beatæ
Mariæ Virginis . Missa vt in die
Festi : secunda Oratio de Feria :
tertia de Sancto Eusebio Episco-
po & Martyre .

XVI. DECEMBRIS.

IN FESTO SANCTI SPI-
RIDIONIS Episcopi & Confes.

Introitus.

STatuit ei Dominus testa-
mentum pacis , & prin-
cipem fecit eum : vt sit
illi sacerdotij dignitas in æternum .

Eccl.
45.

Psal. Meménto Domine Dauid ,
& omnis mansuetudinis eius .

Psal.
135.

Glória Patri .

Oratio.

Sancti Spiridionis Confesso-
ris tui atque Pontificis , nos ,
Domine , festa tueantur : & sicut
ille Religionis à Propheta Elia
instituta , orationibus & opéri-
bus fuit fidelis imitator ; ita nos
eius sequentes vestigia , cum eo

te p̄frui valeamus. Per D̄ominum nostrum.

Deinde fit commemorat. Feste Aduentus.

I. lectio libri Sapientie.

Eccl. 44. 6
Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruauit legem Excellenti. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Agnouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriae. Statuit illi testamentum aeternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Eccl. 44.
Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. *Ps.* Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excellenti. *Alleluia, alleluia.* *Ps.* Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Psal. 109.

+ Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore, respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.

Mat. 23. d

Orationum. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Psal. 88.

Secreta.

Sancti tui, quaesumus Domine, nos ubique laetificent: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Communio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Luc. 12.

Postcommunio.

Præsta quaesumus, omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Spiridione confessore tuo, atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

XVII. DECEMBRIS.
IN FESTO BEATI FRAN-
ci Confessoris.

Introitus.

Si iusti meditabitur sapien-
tiam, & lingua eius lo-
quetur iudicium: lex
Dei eius in corde ipsius. Psal. Noli
æmulari in malignantibus: ne-
que zelaueris facientes iniquita-
tem. ¶ Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui omnipotentiam
tuam parcendo maxime,
& miserando manifestas, concē-
de propitius: ut, sicuti beatum
Francum Carmelitam meritis glo-
riosum, ad regna sydereæ voca-
sti, ita nos facias eius meritis &
precibus a peccatorum nostrorum
sordibus liberari. Per Domi-
num nostrum.

Deinde fit commemoratio Fe-
riæ.

Lectio libri Sapientie.

Beatus vir, qui inuentus est
sine macula, & qui post au-
rum non abiit, nec sperauit in pe-
cunia & thesauris. Quis est hic,

& laudabimus eum: fecit enim
mirabilia in vita sua. Qui proba-
tus est in illo, & perfectus est, erit
illi gloria æterna: qui potuit
transgredi; & non est transgres-
sus: facere mala, & non fecit: ideo
stabilita sunt bona illius in Domi-
no: & eleemosynas illius enarra-
bit omnis Ecclesia sanctorum.

Graduale. Iustus ut palma flo-
rebit, sicut cedrus Libani mul-
tiplicabitur in domo Domini.

¶ Ad annuntiandum mane mi-
sericordiam tuam, & veritatem
tuam per noctem. Alleluia, alle-
luia. ¶ Beatus vir, qui suffert ten-
tationem: quoniam cum pro-
batus fuerit, accipiet coronam
vitæ, alleluia.

✠ Sequentia sancti Euangelij
secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis: Sint lumbi ve-
stri præcincti, & lucernæ arden-
tes in manibus vestris, & vos si-
miles hominibus expectantibus
Dominum suum quando reuer-
tatur a nuptijs: ut, cum venerit,
& pulsauerit, confestim aperiant
ei. Beati serui illi, quos, cum ve-
nerit dominus, inuenerit vigilan-
tes: amen dico vobis, quod præ-
cinget se, & faciet illos discum-
bere, & transiens ministrabit illis.
Et si venerit in secunda vigilia,
& si in tertia vigilia venerit, &
ita inuenerit, beati sunt serui illi.
Hoc autem scitote, quoniam si

Psal.
91.

Iac.

Lucæ
12. c

sci-

Psal.
36.

Ibid.

Eccl.
31.

sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Psal.
28.

Offertorium. **V**eritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum nostrum.

Mat.
25.

Communio. **B**eatus seruus, quem, cum venerit dominus, inuenit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hac commemoratione percipimus eius muniamur, & precibus. Per Dominum nostrum.

IN COMMEMORATIONE

Beatae Mariae Virginis.

Quae fit per linguas Hebdomadas; extra ultimam, tam Quadragesimae, quam Adventus, non impeditas festo Semiduplici occurrente, seu Octaua, nec non Officio Sanctissimi Sacramenti Feria quinta, dicatur Missa Votiva, eiusdem

beatissimae Virginis pro temporum diuersitate. Et quando nulla commemoratio facienda erit, secunda Oratio de Spiritu sancto: Deus, qui corda: tertia, Ecclesiae, vel pro Papa, non dicitur Credo, sed Gloria.

Missae Beatae Mariae, quae in toto Ordine canitur in Sabbato primo mane; sumitur ex Missis Votiuis eiusdem Beatae Mariae, pro temporum diuersitate (excepta Octaua alicuius festiuitatis ipsius Beatae Virginis); & secunda Oratio erit de Spiritu sancto; tertia de S. Iosepho. Nisi in tali Sabbato fiat Officium alicuius festi, vel Octauae, aut sit facienda alia commemoratio, quia tunc in secundo & tertio loco ponuntur Orationes quae pertinent ad Officium; nisi postea canenda sit alia Missa pro Conuentuali, in qua tales Orationes dicantur, quo casu, in hac Missa Beatae Mariae, omittuntur similes Orationes.

Notandum est, quod si praedicta Missa Beatae Mariae Votiva sit, debent dici Orationes numero impari, scilicet tres, quinque, vel septem; addendo, vel demendo Orationem ad libitum.

DE SPIRITV SANCTO.

Orationes.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem

Spî-

Spíritu recta sápere, & de eius
semper consolatióne gaudére. Per
Dóminum nostrum. In vnitáte
eiusdem Spíritus sancti.

Si sit vltima, sic concluditur.

De Spíritu sancto.

Secreta.

MVnera, quæsumus Dómi-
ne, oblâta sanctifica: &
corda nostra sancti Spíritus illu-
stratióne emúnda. Per Dóminum.
In vnitáte eiusdem Spíritus san-
cti Deus.

Sic concluditur, si sit vltima.

De Spíritu sancto.

Postcommunio.

SAncti Spíritus, Dómine, cor-
da nostra mundet infúsis, &
sui roris íntima aspersiõe fecún-
det. Per Dóminum nostrum. In
vnitáte eiusdem Spíritus sancti.

Sic concluditur, si sit vltima.

DE BEATA MARIA.

Orationes.

Concède nos fámalos tuos;
quæsumus Dómine Deus,
perpétua mentis & cõporis sani-
tate gaudére: & gloriósa Beátæ
Mariæ semper Virginitatis interces-
siõe, à præsentí liberári tristitia,
& atérna pèrfrui lætítia.

De Beata Maria.

Secreta.

TVa, Dómine, propitiatiõe,
& Beátæ Mariæ semper
Virginitatis intercessiõe, ad perpé-
tuam atque præsentem hæc oblâ-

tio nobis proficiat prosperitatẽ
& pacem.

De Beata Maria.

Postcommunio.

Sumptis, Dómine, salutis no-
stræ subsidijs: da, quæsumus,
Beátæ Mariæ semper Virginitatis pa-
trocinijs nos vbique prótegi: in
cuius veneratiõe hæc tuæ obtu-
limus maiestati.

CONTRA PERSECUTORES

Ecclesie,

Orationes.

ECclésiæ tuæ, quæsumus, Dó-
mine, preces placatus ad-
mitte: vt destructis aduersitati-
bus, & erroribus vniuersis, secú-
ra tibi séruiat libertate. Per Dó-
minum nostrum.

Contra persecutores Ecclesie.

Secreta.

Prótege nos, Dómine, tuis
mystèrijs seruientes: vt diu-
nis rebus inhærentes, & cõpore
tibi famulémur, & mente. Per
Dóminum nostrum.

Contra persecutores Ecclesie.

Postcommunio.

Quæsumus, Dómine, Deus
noster: vt, quos diuina trí-
buis participatiõe gau-
dère, humanis non sinas subiacerẽ
periculis. Per Dóminum nostrum.

PRO PAPA.

Orationes.

Deus ómnium fidélium pa-
stor, & rector: famulum

tuum *N.* quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice : da ei quæsumus verbo & exêmplo, quibus præest, proficere; vt ad vitam vnâ cum grege sibi crédito peruéniat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Pro Papa. Secreta.

O Blátis, quæsumus Dómine, placare munéribus: & famulum tuum *N.* quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assídua protectiōne gubernâ. Per Dóminum nostrum.

Pro Papa.

Postcommunio.

Hæc nos, quæsumus, Dómine, Diuini Sacraménti perceptio próteget : & famulum tuum *N.* quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnâ cum commisso sibi grege, saluet semper & múniat. Per Dóminum nostrum.

De Sancto Ioseph.

Orationes.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Dómine, méritis adiuuémur : vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessiōne donetur. Qui uiuis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spíritus sancti Deus.

Pro Sancto Ioseph

Secreta.

Debitum tibi, Dómine nostræ reddimus seruitútis,

suppliciter exorantes ; vt suffragijs Beati Ioseph Sponsi Genitricis Filij tui Iesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tuearis; ob cuius venerândam commemoratiōnem ; laudis tibi hostias immolâmus. Per eúndem Dóminum nostrum.

Pro Sancto Ioseph.

Postcommunio.

Adesto nobis, quæsumus, misericors Deus ; & intercedente pro nobis Beato Ioseph confessoré, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dóminum nostrum.

Peroratio subsequens dicitur in Missis Conuentualibus post vltimam Orationem, tam in primis, quam in Orationibus Secretis, & Postcommunione, & in priuatis dicitur ad libitum, nisi sit festum primæ, seu secundæ Classis, vel alia Missa solennis, id est, habens ministros.

Et famulos tuos Papam nostrum *N.* & *N.* Regem nostrum, Reginam & Principem cum Prole Regia pópulo sibi commisso, & exercitu suo. Antistitem nostrum, & nos ab omni aduersitate custodi ; pacem & salutem nostris concède temporibus, & ab Ecclesiâ tua cunctam repelle nequitiam, & gentes paganorum & hæreticorum dexteræ tuæ poténtia conterantur,

& fructus terræ dare, & conferuare digneris, &c.

Et terminatur sicut Oratio, cui adiungitur, *Per eundem Dóminum nostrum, vel, Per Dóminum nostrum, vel, Qui uiuis, & regnas, &c.*

Si uero Oratio terminatur, cum *Qui tecum,* terminatur hæc per oratio, cum, *Per eundem Dóminum nostrum.*

Orationes in professione, vel renouatione professionis, ad libitum Sacerdotis dicendæ.

Oratio.

DEus, qui nos à sæculi uanitate conuersos, ad brauium supérnæ uocationis accendis, pectóribus nostris purificandis illábere, & grátiam nobis, qua in te perseuerentus, infunde; ut protectiõnis tuæ muniti præsidijs, quod te donante promissimus, impleamus: & nostræ professionis executóres effecti, ad ea, quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. *Per Dóminum nostrum.*

Secreta.

Tibi, Dómine, Deus noster, hóstiã immolantes, humiliter pécimus; ut nos sacrificium tuum mortificatiõne uitæ carnális accipias, ac móribus, quibus professioni nostræ congruamus, instituas, & quos sanctæ compunctiõnis ardóre ab hóminum ceterórum propósito se-

parasti, etiam à conuersatione carnáli, & immunditia terrenórum áctuum, infusa nobis cælitus sanctitate defendas. *Per Dóminum nostrum.*

Postcommunio.

DEus, qui renuntiantibus sæculo mansiões preparas in celo: dilata corda nostra cælestibus bonis, ut fraternã teneamur compáginẽ charitatis vnánimes: præcepta custodiamus sobrijs, simplices, & quiẽti, gratis nobis datam nostræ professionis grátiam fuisse cognoscãmus, concórdet uita nostra cum nómine, professiõque sentiatur in ópere. *Per Dóminum nostrum.*

ORATIONES

apponendæ in Missa pro impositione uel Sanctimonialis.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, Deus omnipotens, famulam tuam placabili pietate respice, & cor eius tui amoris igne succende: ut, tibi toto corde deuóta, & à præsentibus aduersitatibus liberetur, & optatis gaudeat prosperitatibus æternis. *Per Dóminum nostrum.*

Secreta.

Cælestem medicinam, quæsumus Dómine, præbeant famulæ tuæ hæc mystéria: & uicia cordis eius expurgent. *Per Dóminum nostrum.*

Postcommunio.

Auxiliare, Dómine, quæsumus, famulæ tuæ: vt corpore pijs actionibus intentâ, donis gratiæ tuæ perfruatur. Per Dóminum nostrum.

IN DIE OBITVS, SEV
depositionis Religiosi nostri
Defuncti.

Missa: Réquiem æternam, vt in secunda Missâ Defunctorum Missalis. Orationes vero, quæ sequuntur.

Pro Defuncto Sacerdote.

Oratio.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdotes famulum tuum N. fratrem nostrum Sacerdotáli fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro Defuncto non Sacerdote.

Oratio.

Deus, cui próprium est misereri semper & parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. fratris nostri, quam hódie de hoc sæculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finem; sed iubeas eam à Sanctis Angelis suscipi, & ad pátriam paradísi perdúci: vt, quia in te sperauit & credidit, non penas inférni sustineat, sed gáudia æterna possideat. Per Dóminum nostrum.

Pro defuncto Sacerdote.

Secreta.

Suscipe, Dómine, quæsumus, pro ânimâ famuli tui N. fratris nostri Sacerdotis, quas offerimus hóstias: vt, cui in hoc sæculo Sacerdotále donasti méritum; in cælesti regno Sanctórum tuórum iubeas iungi consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro defuncto non Sacerdote.

Secreta.

Propitiare, quæsumus Dómine, animæ famuli tui N. fratris nostri, pro qua hóstiam laudis tibi immolamus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt, per hæc piæ placatiónis officia, peruenire mereatur ad réquiem sempiternam. Per Dóminum nostrum.

Pro defuncto Sacerdote.

Postcommunio.

Prospice, quæsumus Dómine, animæ famuli tui N. fratris nostri Sacerdotis, misericordiæ tuæ implorata cleméntia: vt, eius, in quo sperauit & credidit, æternum capiat, te miserante, consórtium. Per Dóminum nostrum.

Pro defuncto non Sacerdote.

Postcommunio.

Presta quæsumus, omnipotens Deus: vt ânimâ famuli tui N. fratris nostri, quæ hódie de hoc sæculo migrauit, his sacrificijs purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & réquiem capiat sempi-

tèrnam. Per Dóminum nostrum.

Pro Prælatis superioribus & inferioribus proprijs, loco Fratris nostri, dicatur: Patris nostri.

IN DIE TERTIO, ET SEPTIMO depositionis Religiosi defuncti, dicitur Missa ut in die obitus, in Conuentu ubi est sepultus, cum iisdem Orationibus pro Sacerdote, & pro non Sacerdote, cum Orationibus, quæ sequuntur.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, ut animæ famuli tui N. fratris nostri cuius depositionis diem tertium (vel septimum) commemoramus, Sanctórum atque electórum tuórum largíri digneris consórtium: & rorem misericórdiæ tuæ perennem infundas. Per Dóminum nostrum.

Secrera.

Mvnera, quæsumus Dómine, quæ tibi pro anima famuli tui N. fratres nostri offerimus, placátus inténde: ut remédijs purgata caléstibus in tua pietate requiescat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Suscipe, Dómine, preces nostras pro anima famuli tui N. fratris nostri; ut si quæ ei maculæ de terrénis contágijs adhæserunt, remissionis tuæ misericórdia deleantur. Per Dóminum nostrum.

IN TERNARIIS

pro Defunctis.

Missa Réquiem atèrnam, ut in Missis quocédianis pro defunctis. Orationes vero, ut infra.

IN PRIMO TERNARIO inter Octavam Epiphaniæ & Purificationis.

Pro fratribus defunctis nostri Ordinis. Oratio.

Inclina, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam supplices deprecámur, ut ánimas famulórum tuórum, quas de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & Sanctórum tuórum iubeas esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Aliæ Orationes.

Deus, véniæ largitor, & humanae salutis amátor: quæsumus, cleméntiam tuam, ut nostræ Congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transierunt: Beata Mariá semper Virgine intercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consórtium peruenire concédas.

Fidelium Deus ómnium conditor, & redemptor animabus famulórum famularúmque tuárum, remissionem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicatióibus consequantur. Qui vivis & regnas.

A Nnue nobis, quæsumus Dô-
mine, vt animabus famulô-
rum tuorum hæc profit oblatio:
quam immolando, totius mundi
tribuisti relaxari delicta. Per Dô-
minum nostrum.

D Eus, cuius misericordiae
non est numerus, suscipe
propitius preces humilitatis no-
stræ: & animabus fratrum, propin-
quorum & benefactorum nostrô-
rum, quibus tui nominis dedisti
confessionem, per hæc sacramenta
salutis nostræ, cunctorum remis-
sionem tribue peccatorum.

H Ostias, quæsumus Dômine,
quas tibi pro animabus fa-
mulorum famularumque tuarum
offerimus, propitiatus inténde; vt,
quibus fidei Christianæ meritum
contulisti, dones & præmium. Per
Dôminum nostrum.

A bsolue, quæsumus Dômi-
ne, animas famulorum tuô-
rum ab omni vinculo delictorum:
vt in resurrectionis glória, inter
Sanctos & electos tuos resuscitati
respirent. Per Dôminum nostrum.

P Ræsta quæsumus, omni-
potens & misericors Deus; vt
animæ fratrum, propinquorum &
benefactorum nostrorum, pro
quibus hoc sacrificium laudis tuæ
obtulimus maiestati: per huius vir-

tutem Sacramenti à peccatis om-
nibus expiata, lucis perpétuæ, te
miserante, recipient beatitudinem.

A Nimabus, quæsumus Dô-
mine, famulorum famula-
rumque tuarum oratio proficiat
supplicantium: vt eas & à peccatis
omnibus exuas, & tuæ redemptio-
nis facias esse participes. Qui viuis
& regnas.

IN SECVNDO TERNARIO

inter Octauam Paschæ & As-
censionem Domini.

Pro parentibus, contanguineis,
& amicis fratrum; ac pro om-
nibus, qui in cœmeterijs nostri
Ordinis sunt sepulti. Nulla vt in
Missis quoridianis pro defunctis
preter Orationes, quæ dicuntur
vt infra.

Oratio.

D Eus, qui nos patrem & ma-
trem honorare præcepisti:
miserere clementer animabus pa-
rentum nostrorum, eorumque
peccata dimitte: nosque eos in
æternæ claritatis gaudio fac vidê-
re. Per Dôminum nostrum.

Alia Orationes.

D Eus, cuius miseratione ani-
mæ fidelium requiescunt:
famulis & famulabus tuis, & om-
nibus hic & vbique in Christo
quiescentibus, da propitius vé-
niam peccatorum: vt à cunctis
reâtib; absoluti, tecum sine fine
lætentur.

Fidélium Deus ómnium cón-
ditor, & redemptor animá-
bus famulórum famularúmque
tuarum, remissionem cunctórum
tribue peccatórum: vt indulgén-
tiam, quam semper optauerunt,
pijs supplicatióibus consequán-
tur. Qui viuis & regnas.

Secreta.

Suscipe sacrificium, Dómine,
quod tibi pro animábus pa-
rentum nostrórum offerimus; eís-
que gáudium sempiternum in re-
gióne viuórum concéde: nosque
cum illis felicitáti Sanctórum con-
iunge. Per Dóminum nostrum.

Alia Secreta.

Pro animábus famulórum fa-
mularúmque tuárum, & óm-
nium Catholicórum híc & vbique
in Christo dormiéntium, hóstiam,
Dómine, súscipe benignus oblá-
tam: vt hoc sacrificio singulá-
ri, vñculis horréndæ mortis exúti,
vitam mereántur æternam.

Hostias, quæsumus Dómi-
ne, quas tibi pro animábus
famulórum famularúmque tuá-
rum offerimus, propitiátus intén-
de; vt, quibus fidei Christiánæ mé-
ritum contulísti, dones & præ-
mium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Cæléstis participátió Sacra-
menti, quæsumus Dómine,
animábus parentum nostrórum,
réquiem & lucem obtíneat per-
pétuam: nosque cum illis grátia

tua corónet æterna. Per Dómi-
num nostrum.

Alia Postcommuniones.

Deus, fidélium lumen ani-
márum, adesto supplicatió-
nibus nostris: & da famulis & fa-
mulábus tuis, quorum cörpera
híc & vbique requiescunt, refri-
gérij sedem, quiétis beatitúdi-
nem, & lúminis claritatem.

Animábus, quæsumus Dómi-
ne, famulórum famularúm-
que tuárum orátió proficiat sup-
plicántium: vt eas & à peccátis
ómnibus éxuas, & tuæ redempti-
onis fácias esse participes. Qui viuis
& regnas.

IN TERTIO TERNARIO

*inter Octau. S. Michaelis, & fe-
stum omnium Sanctorum.*

*Pro Patronis, familiaribus, be-
nefactoribus, & pro illis qui litte-
ras habuerunt nostræ Confrater-
nitatis. Missa vt in Missis quodiá-
nis pro defunctis, præter Oratio-
nes, quæ dicuntur vt infra.*

Oratio.

Deus, vénia largitor, & hu-
mánæ salutis amátor: quæ-
sumus, cleméntiam tuam, vt no-
stræ Congregatiónis fratres, pro-
pínquos, & benefactóres, qui ex
hoc sæculo transierunt: Beáta Ma-
ria semper Vírgine intercedente
cum ómnibus Sanctis tuis, ad per-
pétuæ beatitúdinis cósórtium per-
uenire concédas. Per Dñm nostrum.

Alia

Alia Orationes.

DEus, cuius miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis & famulâbus tuis, & omnibus hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absolûti, tecum sine fine lætèntur.

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor animâbus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui uiuis & regnas.

Secreta.

DEus, cuius misericordie non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animâbus fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dòminum nostrum.

Alia Secreta.

Pro animâbus famulorum famularumque tuarum, & omnium Catholicorum hic & ubique in Christo dormientium, hostiam, Dòmine, suscipe benignus oblata: vt hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti, vitam mereantur æternam.

Hostias, quæsumus Dòmine, quas tibi pro animâbus famulorum famularumque tuarum ferimus, propitiatus intènde; vt, quibus fidei Christianæ meritum contulisti, dones & præmium. Per Dòminum nostrum Iesum Christum.

Postcommunio.

Pæsta quæsumus, omnipotens & misericors Deus; vt animæ fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus maiestati: per huius virtutem Sacramenti à peccatis omnibus expiatae, lucis perpétuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dòminum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Alia Postcommuniones.

DEus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: & da famulis & famulâbus tuis, quorum corpora hic & ubique requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

Animâbus, quæsumus Dòmine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui uiuis & regnas.

F I N I S.